UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra Malitiam Originalis Infectionis Peccati

Alva y Astorga, Pedro de

Lovanij, 1663

F.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13965

Visual Library

videndum, & venerandum ſummo non accendatur ardore, &c. Lib. impreſſ. Romæ, anno 1589. in 12.

EUSTACHIUS à Sancto Paulo, Congregationis Fullenſis, Ordinis Ciſtercienſis, & Doctor Sorbonicus 2. par. Sum. Theolog. de Deo Homine, & de Chriſto Redemptore & mediatore, tract. 2. diſp. 1. quæſt. 1. Quanta fuerit ac eſſe decuerit in B. Chriſti Matre ſanctitas & gratia? Cujus quæſtionis præcipua concluſio ſeu propoſitio, hæc eſt: Beata Virgo in ipſo ſuæ Conceptionis momento fuit ſanctificata, *& ab originali peccato prævenientis gratiæ beneficio præſervata.* Quam concluſionem probat latè, à folio 336. uſque 359. Propoſitio 5. ſic ſe habet: Beata Virgo fuit liberata prorſus à fomite peccati, per primam ſui ſanctificationem *in inſtanti ſuæ Conceptionis.* Lib. impreſſ. Pariſiis 1616. in 8. & ibidem 1614. in 8.

EUTYCHIANUS Hiſtoricus, de Pœnitentia Sancti Theophili, inquit: Sancta venerandaque, & omnibus laudibus celebranda Deiparens, *quæ ſola caſta & pura eſt, ſola ſancta animâ & corpore, &c.* Joannes Euſeb. Nieremberg. in libro Excep. cap. 13. fol. 157.

EUTHYMIUS Eremita, lib. 3. Eccleſiaſticę Hiſtoriæ, cap. 40. vocat Virginis MARIÆ *corpus intemeratum, impollutum, & ex omni parte laudandum, &c.* Vide, quomodo hæc pro omnimoda puritate Deiparæ explicat Joan. Euſeb. lib. Excep. cap. 13. fol. 183.

EUTHYMIUS Zigabenus, vel Zigabonus, Monachus S. Baſilij, natione Græcus, in Oratione de veneranda Zona Sanctiſſimæ Deiparæ, &c. cap. 8. ſic inquit: Hunc ergo ante ſæcula Deum (qui comprehendi non poteſt, qui refulſit in duabus eſſentijs, & in operationibus; una autem, ut diximus, perſona, & nobis in omnibus fuit aſſimilatus, præter peccatum) peperit, quæ eſt verum patrocinium Chriſtianorum, & propriè, verèque eſt Deipara, quæ eſt altior & ſuperior quavis re creata, tam quæ ſub aſpectum cadit, quàm quæ non cadit, *quæ eſt pura, impolluta, intacta* Patris (qui nec videri, nec comprehendi poteſt) ab omni *reprehenſione aliena,* & pulcherrima Sponſa, quæ eſt in omnibus glorioſa & benedicta, & in bonitate & benignitate eſt incomparabilis, &c. Quæ in omnibus fuit glorioſa & benedicta, in nullo habuit maledictionem, vel ignominiam. Item infra, c. 18. ait: Hodie Templum dedicatur laudatiſſimæ, *& ab omni labe alienæ Puellæ, &c.* Hodie Templum omni ex parte benedictæ, & venerandæ Adoleſcentulæ, & Prophetarum Coronydi eſt dicatum, &c. Hæc verba clara & expreſſa videntur pro omnimoda puritate V. MARIÆ. Extat hæc Oratio apud Surium die 31. Auguſti, fol. 1016.

Item, in Panoplia dogmatica Orthodoxæ Fidei, vocat Deiparam MARIAM ſanctam, *& omni ex parte glorioſam, &c.* Lib. impreſſ. Venetiis 1535. Vide Joannem Euſebium, libro Diſſert. Epiſt. 15. folio 275. Non autem eſſet ex omni parte glorioſa, ſi ex parte Conceptionis haberet ignominiam peccati originalis.

# F.

FABIANUS Fiogi del Monte Sancto Sabino, in Dialogo Italico, ſub titulo: Fra il Cathecumeno, è il Padre Catechizante, cap. 42. ad finem, fol. 91. inquit: Perche la porta per la qual dobbeva intrare Iddio, figurava il ſanttiſſimo ventre di MARIA Vergine, & il dire del Propheta: tre volte ſerrata, dinota che en trè tempi la Maddonna Immaculata doveva eſer Vergine, &c. Lib. impreſſ. Romæ 1582. in 4. Meliùs diceret, quòd Virgo MARIA ter fuit porta clauſa, quia triplicem excluſit corruptionem Virginitatis, *peccati* & inquinerationis; fuit enim *porta clauſa in ingreſſu, id eſt, in ſua Conceptione, peccato*, & in Incarnatione Verbi divini permanens Virgo puriſſima, & in fine fuit etiam porta clauſa corruptioni.

FABIANUS Juſtinianus, Congregationis Oratorij Januenſis, Epiſcopus Adiacenſis in Corſica, *de Conceptione Beatæ MARIÆ* indicem habet univerſalem, verb. Conceptio, folio 101. & verb. MARIA, de eadem *Conceptione Virginis MARIÆ* indicem, in libro ſui Indicis univerſalis. Impreſſ. Romæ, anno 1612. in folio.

FABIUS Incarnatus, Doctor Neapolitanus, in libro: Scrutinium Sacerdotale, ſive: Modus examinandi tam in viſitatione Epiſcopali, quàm in ſuſceptione Ordinum, part. 1. tract. 5. de Articulis Fidei, folio 93. inquit: Et quòd dicitur de Spiritu Sancto conceptus, per hoc excluduntur carnales commixtiones. Qui Spiritus Sanctus illam Conceptionē mundam ab omni peccato reddidit, quod nunquam factum eſt in aliquo puro homine; *licèt aliqui fuerint ſine peccato, & ſanctificati in utero matris, ſicut Ioannes Baptiſta & Hieremias, tamen in peccato originali fuerunt concepti,* & ſecundùm rationem ſeminalem deſcenderunt ab Adam: Chriſtus autem non ſolùm natus eſt, ſed conceptus fuit ſine peccato à Spiritu Sancto, &c. Lib. impreſ. Venetiis 1593. in 8. Auctor iſte prima facie cùm non excipiat Virginem MARIAM ex illa univerſali propoſitione: Quòd nunquam factum eſt in aliquo puro homine, videtur illam comprehendere in peccato originali; ſed meo videri hic Auctor ſuperiori & doctiſſimo artificio excepit Virginem, non ex eo quòd hic ſolùm loquatur de hominibus, non autem de fœminis; ſed quia non ignorabat, quòd Virgo MARIA excellentiori modo fuit ſanctificata in utero matris, quàm Joannes vel Hieremias; ipſam tamen cum ſupradictis noluit nominare, quia illa exempta eſt ab omni regula univerſali, & cùm de peccatis agitur, præcipuè originali, de MARIA nullam debemus facere mentionem. Et ſi non eſt verus Miles, excludatur.

FABIUS Papazonius, Ordinis Minorum Italus, edidit *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Opuſculum. Ita Hippolyt. Marrac. in Biblioth. par. 1. fol. 316. & Piſtoia, folio 158.

FABRICIUS Paulucius Forlivienſis, primus Epiſcopus Plebanus, Italus, in Commentariis in 4. Evangelia, cap. 2. de Annuntiatione Verbi, fol. 15. col. 2. Quòd *à B. Virgine MARIA omnis labes & omnis macula abfuit*, &c. Lib. impreſſ. Romæ 1619. in folio.

FABRICIUS Porticella Melfitenſis, Doctor in utroque Jure, in libro ſuo, cui titulus eſt: Index ſententiarum Breviarii Romani per ordinem alphabeti, verb. MARIA, folio 234. inquit: *Matre Dei nil nobilius, nil ſplendidius, nil caſtius. In feſto Conceptionis ipſius, Lect. 4. ex Ambroſio.* Lib. impreſſ. Romæ 1580. in 8.

FASCICULUS Temporum, cujus Auctor Wernerus

Wernerus Rolevinck Carthuſianus, ſcriptus tempore Sixti IV. Pontif. Max. refert Auctores, qui ſuo ævo ſcripſerunt *de Conceptione Virginis MARIÆ*; ut videre eſt ad an. mundi 5673. Chriſti verò 1374. Et ad annum 1354. habet hæc verba: Lector quidam Paulus nomine, negando *Beatam Virginem conceptam fuiſſe ſine peccato originali*, coram toto Clero & Populo in Cracovia cecidit & expiravit, ſermone nondum finito, ut teſtatur Magiſter Henricus Haſſia. Quod factum plures terruit in hac materia ſcribentes; fatuum eſt enim de ſecretis Dei nimis curioſiùs inveſtigare. Extant hęc verba in antiqua impreſſione ſine anno & loco, fol. 85. & in impreſſ. apud Joannem Parvum 1523. in 4. fol. 90. Sed in impreſſione facta Venetijs, anno 1479. deſunt fol. 62. Vide quæ diximus in Sole Veritatis.

FASSARDUS Lynnois, Ordinis ..... Gallus, traduxit Sermones R. P. Angeli Manrrique maternâ linguâ Gallicâ, ſub hoc titulo: Conceptions ſur les feſtes de la Vierge Mere de JESUS-CHRIST, & Reine des Anges, &c. Et primus Sermo eſt *de Immaculata Virginis Conceptione*, & incipit: Nous celebrons ce jourd'huy la feſte de la Conception de noſtre Reine, &c. Lib. impreſſ. Pariſiis, anno 1611. in 8.

FANTINUS vel Fontinus Patavinus (ab alijs Fauſtinus) Epiſcopus, cùm 3. partem Sancti Thomæ evolveret, ubi ſententiam minùs piam aſſerit S. Doctor, & ipſe Epiſcopus in admirationem raperetur, S. Thomas in forma viſibili protinus ei apparuit, hæc proferens verba: Scias Domine Epiſcope, quòd quando talem opinionem poſui, habui reſpectum ad divinum ſtatutum, *quo B. Virgo peccatum originale contrahere debuerat, niſi per Filium ſuum fuiſſet præſervata*; ſed Dei Filius Matrem ſuam ab originali macula præſervavit; & his dictis diſparuit. Ipſe verò Epiſcopus quoad vixit, cum magna ſolemnitate feſtum Conceptionis celebravit, & in Epiſcopatu ſuo celebrari præcepit, &c. Bernardinus de Buſtos, par. 1. ſerm. 7. de Conceptione, colum. 1. folio 31. Carthag. tomo. 2. pagina 161. Anonymus Franciſcanus, numero 3. Gregorius Gallicanus in Mariali, pag. 11. Rios in Orizon. Marian. cap. 24. pag. 58. Euſeb. Nieremb. libro Excep. fol. 499. Joannes Tamajus de Salazar, in opere de S. Epitacio, fol. 258. Juſtinianus Antiſt. Michaël Ruiz, Guerrerus de Spinal, concord. 15. §. 4. Joannes à Fonte, in Allegat. pro Conceptione, fol. 16. Chriſtophorus de Vega, Paleſt. 3. certamine 4. fol. 63. Vide noſtrum Solem Veritatis in Tritur. fol. 132.

FATINUS Aſtenſis vel Facinus, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, in 3. ſent. quæſt. 6. aſſerit, *Virginem MARIAM fuiſſe abſque originali peccato conceptam*; ut refert Joannes Vitalis in Defenſorio, lib. 4. Ancilla 7.

FAUSTINUS Petrignanus, Archiepiſcopus Conſentiæ, de obſervatione *feſtivitatis Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, in lib. de Provinciali Synodo Conſentina. Impreſſ. Romæ 1580. in 4.

FAUSTINUS Salernus, Ordinis Ciſtercienſis Italus, Patriâ Neapolitanus, ſcripſit Tractatulum de Beatæ Virginis præſtantia, *ejuſq; ſanctiſſima Conceptione*, ipſiuſque ſanctificatione. Ita Marrac. in Bibliotheca, folio 873. Piſtoia, folio 132.

FAUSTINUS Taſſus, Ordinis Minorum Italus, in 1. libro Sermonum in honorem Beatæ Virginis, ſuper Evangelio: Exurgens MARIA abijt in montana, &c. plura habet pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali, præcipuè ſerm. 6. ad illa verba: Benedicta tu inter mulieres; de quibus ſolùm tranſcribo illa, quæ habet folio 379. dicens: Inveniſti gratiam apud Deum, è queſt' per che, ab æterno prævenit te in benedictionibus dulcedinis. *Fu præventa queſta Virgine* con divina benedittione, ſino nei lombi de noſtri primi Parenti, poi che quella carne de quale doveva formarſi il ſuo benedetto corpo già preeletto abitattione di tuta la divinità, fù ſempre *preſervato da ogni contagione di peccato*; è chi non ſente come ella ne ringratia à Dio: Salvaſti de neceſſitatibus animam meam, nec cóncluſiſti me in manibus inimici, &c. Vide alia quàmplura ibi. Lib. impreſſ. Venetijs 1587. in 4.

Item, tom. 2. Sermonum eorumdem, ſerm. 5. ad illa verba: Quia fecit mihi magna, &c. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta abſq; peccato originali, & in primo inſtanti ſanctificata*, latè à folio 222. ubi adducit plures auctoritates ſacræ Scripturæ notatu digniſſimas pro hac ſententia. Impreſſ. Venetijs 1589. in 4.

FAUSTUS à Genua, Ordinis Minorum Italus, in relatione & arbore Provinciæ Mediolanenſis, agit de Altaribus & Capellis *Immaculatæ Conceptionis* ejuſdem Provinciæ, quæ ſunt novem; & ferè omnia Altaria privilegiata. Hæc relatio manuſcrip. eſt apud nos.

FAUSTUS Reienſis ſeu Regenſis Epiſcopus Gallus, in libro cui titulus eſt: Veterum aliquot Galliæ Theologorum ſcripta, folio 124. pag. 2. de MARIÆ Virginis generatione, ſic inquit: Porta erat clauſa, & non eſt aperta, tamquam ſi interrogaretur, cur aperta non eſſet, adjecit: Quia Dominus tranſivit per eam. Porta clauſa, id eſt, ſignaculum pudoris, *Immaculatæ carnis integritas*, non enim violata eſt partu, *quæ magis eſt ſanctificata conceptu, quæ abſque omni peccato concepta eſt in utero*, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1586. De hoc Doctore & ejus auctoritate, extat erudita Epiſtola apud Joannem Euſebium Nieremberg. lib. diſſert. à fol. 100. & in ſacro Syllab. cap. 1. adducit alias auctoritates ejuſdem Fauſti, quas brevitatis cauſâ nos hic omittimus.

FAUSTUS S. R. E. Cardinalis, tituli Sancti Chryſogoni, ad diem 8. Decembris, *de Conceptione Beatæ MARIÆ Virginis* Commemorationem in libro de Conſt. & Decret. Urbevetan. Impreſſ. Romæ, an. 1650. in 4.

F. D'Eudemare, Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Rothomagen. in libro, cui titulus Gallicè: Tapiſſeries ſacrées, à fol. 847. Tapiſſeria 14. adducit Sermonem pro feſto *diei Conceptionis ſanctæ Virginis MARIÆ Matris Dei*, in quo ejus præſervationem ab originali peccato latè adſtruit. Impreſſ. Pariſijs 1617. in 8. magno.

F. G. Carmelita Diſcalceatus Hiſpanus, fecit librum ſub hoc titulo: Angelicos colloquios entre la Virgen y el pecador, que incitan el alma à dexar el pecado y amar à la Virgen, folio 10. promittit ſe recitaturum *officium mundiſſimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Et folio 11. Laudo te infinitè cum omnibus Archangelis, quia fuiſti ineffabiliter *concepta abſq; macula originali, tota ſancta, tota divina, pulchra ut Luna, electa ut Sol.* Item, folio 38. Letania y nombres myſterioſos de la Reyna del cielo y Madre del altiſſimo immaculada y puriſſima MARIA; eſt tota *de Immaculata Conceptione* cum Oratione: Deus, qui *per Immaculatam Conceptionem*, &c. ad finem, vocatque ibi eam puriſſimam, mundam & Imma-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

culatam. Item, folio 111. hæc habet Hiſpanicè: Chanzoneta al Santiſſimo Sacramento gloſando el meſmo verſo:

*Dios para darſe en comida*
*En eſte pan celeſtial,*
*Tomo la carne eſcogida*
*De MARIA concebida*
*Sin pecado original.*
*En eſta meſa tan bella*
*Puſo la carne MARIA,*
*Porque Dios no la tenia*
*Si no la tomara della.*
*Chriſto alos hombres combida,*
*Y da ſu cuerpo Real,*
*En la carne recebida*
*De MARIA concebida,*
*Sin pecado original.*
*Si para contra el pecado*
*Hizo Dios eſte manjar,*
*Como havia de tomar*
*Carne donde vbiera eſtado?*
*Es el manjar de la vida,*
*En quien Dios puſo caudal,*
*Y es la ſangre eſclarecida,*
*Que le dio la concebida*
*Sin pecado original.*

Alabado ſea el ſantiſſimo Sacramento, y la *Immaculada Concepcion de la V. MARIA N. Señora, concebida ſin mancha de pecado original.* Poſt iſtam proteſtationem habet etiam hæc, fol. 126. El que dixere tres veces eſta oracion gana treinta mil años de perdon: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, tua gratia ſit mecum, benedicta tu in mulieribus, & benedicta ſit Sancta Anna Mater tua, *ex qua ſine macula & peccato proceſſiſti Virgo MARIA*; ex te autem natus eſt Jesus Chriſtus Filius Dei vivi. Amen. Impreſſum Antuerpiæ 1635. in 16.

F. Guerſon, Doctor Theologus, Conſiliarius & Prædicator Regius Gallus, in libro: Sermons, ou Analogies divines du Verbe Fils de Dieu, &c. fol. 55. ſuper illa verba: Fecitq; ei tunicam polymitam. Gen. 37. Tertia Analogia accommodata *pro die miraculoſæ Conceptionis ſanctiſſimæ Virginis*, uſque ad fol. 8. pulchrè & doctè. Lib. impreſſ. Pariſijs, anno 1620. in 8.

FELIX Maria Urſina, Duciſſa S. Marci, Gravinæ & Sarmonetæ, *ſanctiſſimam Conceptionem Virginis MARIÆ* ſumma pietate ac veneratione ſemper coluit, cujus officium, juxta revelationem de ea re Alphonſo Rodriguez è Societate Jesu factam, quotidie perſolvit. Ita Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 169. Item, in vigilia Conceptionis in ſolo pane & aqua jejunabat, quotidieque perſolvebat officium *ſanctiſſimæ Conceptionis.* Idem Marrac. fol. 182.

FENORAL Moſſen, Poëta Hiſpanus, ad annum Domini 1486. Carmine Hiſpano ſcripſit *pro Immaculata Conceptione MARIÆ Virginis.* Extat cum alijs apud Ferran. Diaz Valentinum.

FERDINANDUS de Aragonia, Epiſcopus Cæſarauguſtanus, approbavit officium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* ejuſdem Eccleſiæ, quod incipit: Sicut Lilium. Impreſſ. an. 1556. in 4.

FERDINANDUS Auſtriæ Archidux, Ferdinandi primi Imperatoris filius, ad annum 1578. ædificavit Sacellum pulcherrimum in honorem *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ* extructo Altari, in quo inſigne Deiparæ ex ſolido argento ſimulacrum viſitatur, &c. Sic ex relatione Provinciæ Auſtriæ authentica.

FERDINANDUS de Auſtria, Hiſpaniæ Infans, & Cardinalis S.R.E. nec non Archiepiſcopus Toletanus, præſidente Alvaro de Villega Canonico Magiſtrali; in Conſtitutionibus Synodalibus, titulo de Ferijs, conſt. 1. folio 25. ad diem 8. Decembris: *Feſtivitas Conceptionis Dominæ noſtræ.* Impreſſ. Matriti 1622. in folio.

Item, *pro myſterio Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ* ſcripſit Epiſtolam unam ad Summum Pontificem; atque pro diffinitione controverſiæ ejuſdem Immaculatæ Conceptionis Epiſtolam alteram. Ita Hippolyt. Marrac. in Biblioth. fol. 14[illegible]

FERDINANDUS Azon Hiſpanus, fecit Ideam Altaris fabricati Neapoli *pro Immaculata Virginis Conceptione.* Lib. impreſſ. Neapoli 1644. in 4.

FERDINANDUS de Balleſteros & Saavedra, Abbas Sanctorum Juſti & Paſtoris, diſpoſuit juramentum factum *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* à Complutenſi nobilitate. Lib. impreſſ...: 1653. in fol.

FERDINANDUS Baſacus, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Sermonem *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Ita Antonius Daza, cap. 6. fol. 52.

FERDINANDUS Bavarus, Archiepiſcopus Colonienſis, ſolemni diplomate, anno 1647. die 28. Februarij, in Conventu Olivarum ejuſdem civitatis Fratrum Minorum Reformatorum Confraternitatem inſtituit *ſub titulo Conceptionis,* in qua cum magna ædificatione omnibus Dominicis & feſtivitatibus B. Virginis publicis, in honorem duodecim Evangelicarum virtutum comprehenſa evolvitur coram Icone Beatæ Virginis decenter ornata, ubi ſuccenſi collucent 21. albi cerei, &c. Ita Jacobus Polius, in Relatione Provinciæ Colonienſis, verb. Confratriæ, pagina 101.

FERDINANDUS Belloſillus Ayllionenſis Epiſcopus Lucenſis Hiſpanus: Quòd ratio maximè ſuadens *Beatiſſimam Virginem MARIAM non fuiſſe in originali peccato conceptam*, eſt quia originale, ex ſe & ex natura ſua conſequitur actualis culpa, niſi privilegio ſpeciali ab ea quis exceptus fuerit, [illegible] lib. advertentiarum Theologicarum, in 7. tomo B. Auguſtini, in 20. quæſito, fol. 359. col. 4. Lib. impreſſ. Compluti 1585. in fol.

FERDINANDUS Bongiornus Siculus, Protonotarius Apoſtolicus, in libro dicto: Oratio Quadraginta horarum, hora 7. ad Beatiſſimam Virginem, fol. 97. in Hymno, inquit:

*O, ſola noſtri generis*
*Concepta ſine crimine,*
*Quæ placuiſti Domino*
*MARIA Virgo Virginum.*
*Quam Deus ante ſæcula*
*Electam ſine macula*
*In ſui tabernaculum*
*Sanctum fecit in utero:*
*Iam toti mundo gaudium*
*Talis tua Conceptio, &c.*

Alia habet ibidem. Lib. impreſſ. Venetijs, anno 1601. in 4.

FERDINANDUS Caldera, Ordinis S. Franciſci de Paula ſeu Minimorum Hiſpanus, in libro Myſtica Theologia, & exercitium Fidei divinæ, [illegible] non orationis mentalis, &c. in Tabula pro feſtivitatibus Sanctorum, *de Conceptione Dominæ noſtræ* [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ginis MARIÆ* remiſſionem ſeu indicem, folio 229. Lib.impr. Matriti 1633. in 16.

FERDINANDUS de Camargo & Salgado, Ordinis Sancti Auguſtini Hiſpanus, in libro: Eccleſia Militans, ſive Chronologia ſacra, folio 2. & 3. *Quòd B. Virgo MARIA fuit concepta abſque peccato originali*; ubi quàmplures adducit Auctores pro præſervatione Virginis. Lib. impreſſ. Matriti 1642. in 4.

Item, in libro dicto: Oratorio ſacro, à ſe typis mandato, fol. 142. & 208. edidit *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ videri poſſunt, verb. Thomas à Jesu. Lib. impreſſ. Matriti 1628. in 16.

Item, in libro, cujus titulus eſt: La Virgen de la Humildad, y la Humildad de la Virgen nueſtra Señora, &c. cap. 2. fol. 10. agit *de præſervatione Virginis filiæ Adami à peccato originali, &c.* Lib. impreſſ. Matriti, anno 1634. in 8.

FERDINANDUS Cano de Montero, Doctor Hiſpanus, Sermone de Martyribus Japonienſibus Ordinis S. P. N. Franciſci, in ſalutatione agit *de myſterio puriſſimæ Conceptionis V. MARIÆ*. Impreſſ. Hiſpali, anno 1624. in 4.

FERDINANDUS de Caſtro Palao, Societatis Jesu Hiſpanus, in parte 2. ſuorum Operum, tract. 9. diſp. 2. punct. 1. fol. 87. num. 6. dicit: Quòd ſervandi ſunt omnes dies, in quibus feſtivitates Virginis celebrantur, quales ſunt, primò *Conceptio Virginis*, quæ licèt à jure communi non præcipiatur obſervari, conſulitur tamen à Sitxo IV. in Extravag. Cùm præexcelſa, de Reliq. & veneratione Sanctorum; & Extravag. Gravè nimis: & ferè in omni Epiſcopatu eſt hic dies ex conſuetudine ſervandus. Lib. impreſſ. Lugduni 1635. in fol.

Item, in Manuali, parte 2. concl. 5. puncto 3. citatur *pro Immaculata Virginis Conceptione.*

FERDINANDUS Catholicus Rex Hiſpaniæ V. hujus nominis, votum ſolemniter emiſit cum uxore ſua Eliſabetha, ſi Urbem Granatenſem in ſuam ditionem reciperet, ſe ampliſſimum in ea Urbe Templum *in puriſſimæ Conceptionis Deiparæ* honorem fore erecturos, quod voti compotes feliciter ac religioſè adimplerunt. Ita Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 10. adnot. 1. fol. 375. Marrac. in Reg. Marian. fol. 82. Tamaius, fol. 219. Carthag. & Lezana.

Item, fundavit Confraternitatem & Hoſpitale in ſua Curia, id eſt, in Civitate Toletana ſub titulo & invocatione *Sanctæ Conceptionis Virginis MARIÆ, ac Dominæ noſtræ, Matriſque Dei*, &c. Ita in privilegio edito à Corolo V. ejus nepote. Vide Armament. in Regeſt. colum. 306. Velazq. fol. 307.

Item, an. 1495. conceſſit quoddam privilegium Fratribus Sancti Hieronymi habitantibus in Monaſterio Dominæ noſtræ *S. MARIÆ de Conceptione* Civitatis Granatenſis; de quo vide Armanent. in Regeſt. colum. 302. & Auctores ibi citatos. Marrac. in Regibus Marian. fol. 85.

Item, in Civitate de Ubeda, in Conventu Sanctiſſimæ Trinitatis fundavit memoriam, & Capellam ſub titulo *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, perpetuo pro omnibus quartis ferijs, &c. de qua Martinus Ximena, in Annalibus Giennen. fol. 213.

Item, anno 1492. divinitus ſervatus eſt, ne ictu impiæ manûs caderet, *ob puriſſimæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ devotionem.* Vide Antonium Calderonem, in Epiſtola declaratoria de Conceptione, Marrac. in Regibus Marian. fol. 83.

Item, ſub hoc Rege factum eſt, ut Inſula quæ nunc S. Dominici nuncupatur communiter, quando primò reperta fuit, ſub nomine *Conceptionis B. Virginis* appellaretur. De hoc extant plures Bullæ in noſtro Bullario. Lege Marrac. in Regibus Mar. fol. 84. & exiſtimo, quòd Deus Optim. Maximus ſervavit hanc Inſulam ab invaſione facta anno 1654. ab Anglis, propter merita *Immaculatæ Virginis*: quia eodem ipſo tempore, quo hæc oppugnabatur Inſula in Indijs, Catholicus Rex Philippus IV. inſtantiam faciebat Romæ pro reſtituendo titulo Immaculatæ Conceptionis.

FERDINANDUS Colonienſis Archiepiſcopus, edidit Diploma ſeu Conſtitutionem *de feſto Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ* in Diœceſi ſua Colonienſi cum octava perpetuò ſolemniſſimè celebrando. Marrac. in Biblioth. fol. 385. & etiam in Antiſt. Marian. cap. 6. fol. 181.

FERDINANDUS de Eſcalante, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Hiſpanus, in lib. Clypeus Concionatorum Verbi Dei, in quo ſunt ſculptæ omnes viſiones ſymbolicæ, & ſigna realia veteris Teſtamenti, &c. lib. 7. de Prædicamentis actionis & paſſionis ſacræ Scripturæ, cap. 21. colum. 1424. Quòd Jesus fecit immunem *MARIAM Virginem à peccato originali*, &c. Item, in indice, verb. MARIA inquit: *MARIÆ puriſſima Conceptio* explicatur ex loco inſigni ſacræ Scripturæ juxta litteram, fol. 999. Et folio 572. ſuper illa verba: Joſeph Fili David, ſic inquit: Certè Joſeph primò non plenè intellexit verba Angeli, ratus JESUM Filium B. Virginis redempturum eſſe univerſum genus humanum à peccatis quibus erat infectum, atque ſub hac univerſalitate Virginem Deiparam comprehendi putavit: verùm nato Chriſto, à Numine revelatum eſt ei, *ſpecialiſſimam gratiam prævenisse originale peccatum in puriſſima Dei Genitricis Conceptione.* Impreſſ. Hiſpali 1611. in fol. & Venetijs 1613. in 4.

FERDINANDUS Gomez, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Hiſpanus, ſcripſit Sermonem de feſtivitate *Conceptionis B. Virginis MARIÆ, ubi eam à peccato originali præſervatam declamavit* in Civitate Salmanticenſi, anno 1617. ibidemque typis dedit, anno 1619. in 4. incipit: Siempre que veo. Citant alium 1618. quem tamen nec vidi, nec ad manus habere potui.

FERDINANDUS Gonzaga Mantuanus, S. R. E. Cardinalis cum Carolo Nirembernenſium Duce, & Adolpho Comite ab Althaym fundavit Religionem Equitum Militiæ Chriſtianæ, ſub titulo *Conceptionis Beatæ Virginis Immaculatæ*, juravitque ac promiſit ſe ſemper defenſurum ejuſdem *Beatiſſimæ Virginis Immaculatam Conceptionem*, & in hac re & in omnibus SS. Dei Matris gloriam promoturum. Vide ſupra, verb. Carolus & Marrac. in Principib. Marian. & Purpura, fol. 407. Habemus acta iſtorum.

FERDINANDUS de Ojeda Hiſpanus, ac Doctor Legiſta, edidit lib. ſub hoc titulo: Relatio ad textum celebrem, in cap. Firmiſſime 3. de conſec. diſtinc. 4. Gratiani in Decreto, & bimembris de Peccato originali Theologica & Canonica diſputatio, quam Auditoribus & Diſcipulis ſuis in celebri Urſonenſi Academia publicè dictavit D. Ferdinandus de Ojeda, inſignis Majoris Collegij



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urſonenſis *Immaculatæ Virginis Conceptioni* ſacri antiquus Collega, &c. ubi de ejus præſervatione à peccato originali latiſſimè. Impreſſ. Malacæ, anno 1615. in 4.

FERDINANDUS delas Infantas, Presbyter Cordubenſis, in libro: Divinæ lucis ſecundùm Divinæ & Evangelicæ Scripturæ lucem, in centeſimi noni Pſalmi expoſitione, &c. capite 22. ad illud: Donec ponam inimicos tuos, fol. 34. de rubo quem viderat Moyſes, inquit: Non quòd ſpinoſus rubus humanam naturam per peccatum ſpinoſam ſignificans, ipſam Virginem, intactum lilium, Mariam ſignificaret *ſine ſpina originalis peccati conceptam*: ſed à fortiori, &c. Oportebat, quòd non ſolùm correſpondenter ex apta materia in Maria incorporaretur (hoc eſt lilio ſicut dicit, & non rubo) ab æterno, ſicut in Matrem Dei electa, *ab ſpina originalis peccati liberata, &c.* Lib. impreſſ. Coloniæ Agrippinæ Latinè; nam primò fuit impreſſus Italicè. Vide alia quamplura ibi, fol. 26. & 179. ac alibi. Impreſſ. 1603. in 4.

FERDINANDUS Leodienſis Epiſcopus & Princeps, fecit typis mandari Breviarium proprium illius Eccleſiæ *cum officio Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impreſſ. Leodii 1622. & extat fol. 659.

FERDINANDUS Luſitaniæ Infans, ob innatum erga Deiparam affectum, ejuſque gloriæ provehendæ zelum, ſacram Ædem in honorem *ſanctiſſimæ ac Immaculatæ Conceptionis Genitricis Dei MARIÆ*, extra muros Civitatis Iuliæpacis erectam, ex domeſticis facultatibus magnificentiſſimè, ſimulque auguſtiſſimè à primis fundamentis ad apicem uſque ædificari fecit. Quod vel hinc ſaltem colligi poteſt; continet ſiquidem præfata Ædes commodiſſimè centum, atque triginta ſacras Virgines Deo dicatas. Gonzaga in Hiſtoria Seraphica, parte 3. in Provincia Algarbiorum. Marrac. in Principibus Marian. fol. 139.

FERDINANDUS Martinez Maſcareñas, Inquiſitor Generalis, & Epiſcopus Algarbiorum in Regno Portugalliæ, pro defenſione *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Epiſtolam unam. Impreſſ. Hiſpali cum aliis 1616. fol. 22.

FERDINANDUS de Monteſinos, in Relatione de actu fidei Limenſis, agit *de proceſſione facta per Monaſterium Conceptionis ejuſdem civitatis.* Impreſſ. Limæ 1639. in 4.

FERDINANDUS Muñoz, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Hiſpanus, *de Immaculata Conceptione Virginis ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ* Sermonem unum, declamatum in villa Aquaje. Impreſſ. Hiſpali 1617. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & incipit: Si Ariſtoteles. Extat etiam impreſſ. Matriti 1616. in 4.

FERDINANDUS Niño de Guevara, Archiepiſcopus Hiſpalenſis, ac S.R.E. Cardinalis Hiſpanus, in Conſtitutionibus Synodalibus, pag. 38. præcepit, ut obſervaretur feſtivitas *Conceptionis B. Virginis MARIÆ* in tota ſua Diœceſi. Lib. impreſ. Hiſpali 1609. in folio.

Item, cùm eſſet Archiepiſcopus Granatenſis, approbavit Breviarium illius Eccleſiæ, in quo folio 306. eſt officium *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ*, ut in Nogarolo. Impreſſ. anno 1544. in 4.

FERDINANDUS de Orio, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Hiſpanus, tom. 1. in Tertullianum, diſcur. 17. §. 2. num. 125. *de Immaculata Conceptione B. Virginis MARIÆ* agit ſparſim. Lib. impreſſ. Matriti 1640. in folio.

FERDINANDUS Peralta Monſtanenſis, Ordinis Sancti Auguſtini Hiſpanus, *de Conceptione B. Virginis MARIÆ* Sermones quatuor, in quibus plura de ejus Immaculato Conceptu, ac præſervatione à peccato originali, à folio 158. uſque 192. Lib. impreſſ. Venetiis, anno 1613. in 4.

FERDINANDUS Perez de Guzman, Poëta Hiſpanus antiquus, in libro Cantionum ad Dominam noſtram Virginem Mariam, fol. 82. inquit:

*Señora pulchra, & decora*
*Manzilla non es enti*
*Alveñe ſea de mi*
*O Reina aquien el cielo adora*
*Y remota aquella hora*
*Que pudieſe aver penſado*
*Del original pecado*
*Ser tenida tu Señora, &c.*

Extat in Biblioth. Scorialis Plut. VI. n. 15. in folio.

Item, in libro cujus titulus eſt Hiſpanicè: Las ſententias que ſon bien ſcientificas y de grandes y diverſas materias, muy provechoſas, por las quales qual quier hombre puede tomar regla y doctrina y exemplo de bien vivir; in explicatione Salutationis Angelicæ, inquit:

*Ave precioſa MARIA*
*Que ſe deve interpretar,*
*Tranſmontana de la mar,*
*Que los mareantes guia.*
*Ave tu Señora mia,*
*Excepta de aquel pecado.*
*Que al mundo ha contaminado*
*Ave reſplandor del dia.*

Item infra, inquit ad illud: Et benedicta inter mulieres, loquendo de maledictionibus à quibus fuit libera Virgo Maria: Y la ſegunda maldicion *fue de pecado, ca todos concebian con pecado,* è aſſi lo dixo David en el Pſalmo del Miſerere mei Deus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c. Impreſſ. Ulyſſiponæ 1512. in 4.

FERDINANDUS de Pineda, Doctor Hiſpanus, in libro ſeu Tractatu de Confraternitate ſanctiſſimi Roſarii, &c. ad diem 8. Decembris inquit: *Dia de la Concepcion de nueſtra Señora, dos Indulgencias plenarias, &c.* Impreſſ. Antuerpiæ 1571. in 8.

FERDINANDUS de Placenzia, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, Sermone de Dominica Incarnatione, pro ſecundo Sabbato Quadrageſimæ, folio 3. 5. & 8. inquit: Y aſſi imitando el Angel à ſu Criador, le dice à la Virgen, que es el dia ſeptimo del deſcanſo, ſantificada, con tantas bendiciones dedicada toda à ſu Criador: Ave gratiâ plena, ô como leen otros: Ave gratioſa, que aun dice mas, que fue decirle, no ſolo ſois graci ſa, *no ay coſa en vos, que no eſte vertiendo gracia,* como en el ſeptimo, que fue figura vueſtra, y como en aquel dia no ſe lee ubiera otra coſa mas que ſantidad, y divinas bendiciones; aſſi en vos no ay mas que bendiciones, y plenitud de gracia: Gratiâ plena, benedicta tu; y como aquel dia por ſer ſanto y bendito ſe hizo para ſolo Dios, aſſi vueſtra gracia es: Apud Deum, una gracia para Dios ſolo, &c. Pues à eſte modo aunque todas las criaturas miradas en particular, ſon ſolamente buenas; pero miradas en el ſeptimo dia en el Sabado, que es la Virgen ſantiſſima juntas, y compueſtas *en eſte eſpejo ſin mancha*, en eſta imagen de

de ſu bondad, no ſolo ſon buenas, &c. Unos por gracia habitual: Inveniſti gratiam apud Deum, y finalmente dia todo, Santo todo bendito: Ave gratioſa, benedicta tu, &c. Serm. impreſſ. Hiſpali 1629. in 4. Hæc verba ſi non expreſsè & formaliter, ſaltem implicitè & virtualiter indicant Virginem fuiſſe abſque originali peccato conceptam, ut conſideranti ſingula patebit.

FERDINANDUS Primus Aragoniæ Rex, anno ſalutis 1414. decrevit, quòd civitatis Cæſarauguſtanæ Jurati noviter electi, tenerentur in die *ſanctiſſimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, Regi vel locum tenenti præſentari, &c. Vide Armament. col. 673. & Marrac. in Regibus Marian. fol. 69.

FERDINANDUS Quirinos de Salazar Conchenſis, Societatis JESU Hiſpanus, in Complutenſi Collegio ſacrarum Litterarum Interpres, ac poſtea Inquiſitor Generalis, ſcripſit *pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione* Defenſionem, in qua conceptus & diſcurſus, tam ſcholaſticè, quàm poſitivè ventilati & elaborati reperiuntur, &c. Lib. impreſſ. Coloniæ Agrippinæ 1622. in folio, & Pariſijs, anno 1621. & etiam Compluti.

Item, de eadem *Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione* plura capita, in lib. Proverb. Salomonis. Atq; etiã *in feſto Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* latiſſimum indicem concionatorium, in eodem lib. tom. 2. Impreſſ. Pariſijs 1621. in fol.

Item, in Cantica Cant. Salomonis, in Proëmio ſeu Iſagoge, c. 14. §. 1. à fol. 122. latè agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Item, ibidem cap. 1. verſic. 3, fol. 124. Quòd *Virgo MARIA à primo ſuæ Conceptionis momento Mater Dei cenſeri cœpit, & illius dignitatis jura capeſcere*, &c. Lib. impreſſ. Lugduni 1642. in folio.

FERDINANDUS Remirez, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Hiſpanus, edi curavit & typis mandavit Orationes Evangelicas R. P. F. Hortenſij Fœlicis Paraviſini, *ubi ſunt de puriſſima Conceptione Orationes quatuor*. Lib. impreſſ. Matriti 1638. in fol.

FERDINANDUS Ramirez Fariña, Supremi Senatûs Auditor, ſubſtantiavit cauſam contra P. Richardum, vocatum communiter el Monſtro, Ordinis S. P. N. Dominici, propter Sermonem prædicatũ in voto Univerſitatis Valliſoletan. 1618. die 15. menſis Decembris circa *Immaculatam Conceptionem*; ubi aliqua dixit contra eamdem Immaculatam Virginis Conceptionem poſt factum juramentum, ut depoſuerunt triginta quatuor teſtes majores omni exceptione; & incipit interrogatorium: En la Ciudad de Valladolid, &c. Habemus proceſſum authenticum, ſcriptum & rubricatum à Notario Ludovico de la Fuente, & alterum ejuſdem materiæ.

FERDINANDUS de Salzedo Malacenſis, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Gloſſam *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impreſſ. cum aliis Granatæ 1651. folio 258. & aliam, folio 279.

FERDINANDUS de Santiago, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hiſpanus, in ſuo Mariali edidit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Conciones 8. Vide Sylveſt. de Saavedra, diſput. 16. ſect. 14. num. 658. folio 350.

Item, in Quadrageſimali, Sermone de Virginis ſolitudine, conſiderat. 3 affirmat *Virginem MARIAM conceptam fuiſſe abſq; peccato originali*, ibidem.

FERDINANDUS Secund. Imperator Auguſtus, addictiſſimus fuit huic myſterio à prima ſua juventute: & inprimis cùm Viennæ Auſtriæ erecta fuiſſet Congregatio *Immaculatæ Conceptionis*, an. 1634. ipſe optimus Imperator, & ejus Auguſta conjux Eleonora cum omnibus liberis, Ferdinando, Maria Auguſta, Leopoldo Guilielmo, duabuſque ſororibus Duciſſa Bavariæ & Regina Poloniæ, propria manu exaratis nominibus in album prædictæ Congregationis ſe ſubſcripſerunt.

Item, anno 1624. die 13. menſis Januarij, egregiam Epiſtolam Fide, devotione, prudentia, atq; elegantia plenam Urbano VIII. Pontif. Maximo miſit, in qua *Conceptionem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ intemeratam, ab originali culpa immunem, puriſſimam, nævi omnis expertem, atque tandem Immaculatam* vocat, & incipit: A prima juventute, &c. Vide Joannem Antonium Velazquez, libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 10. adnot. 6. per totam, fol. 384. Marrac. in Bibliotheca, folio 386. Etiam tanta *Immaculatam Deiparæ Virginis Conceptionẽ* pietate coluit, ut ex Urbani VIII. Pontif. Max. indulto, eam in omnibus ſuis Regnis & Provincijs hæreditarijs tanquam feſtum, etiam in foro, mandaverit celebrari: prout etiam proceſſioni annuæ, quam ejuſdem Immaculatæ Conceptionis Archiconfraternitas Viennæ in templo S. Hieronymi ſolemniſſimè Dominica 5. poſt Paſcha inſtituit, Cæſarea Majeſtas devotiſſimè adeſſe ſolebat. Ita ex Ægidio Schienſi in ſuo Manuali, & Gaſpare Tauſch in Sanctiſſima Matre doloroſa, libro 3. praxi 29. num. 3. adducit Hippol. Marrac. in Cæſar. Marian. folio 102.

Item, in tumuli ipſius inſcriptione vocatur *Immaculatæ Conceptionis* præcipuus Aſſertor, &c. Et infra: Unus eſt inſtar omnium *Immaculatæ Conceptionis* Propugnator, &c. Marrac. ibidem, fol. 106.

FERDINANDUS de la Serna, Doctor Hiſpanus, compoſuit Carmina *de intemerata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impreſſ. cum aliis Baëzæ, an. 1618. in 4.

FERDINANDUS de Soſa, Canonicus Magiſtralis Almerien. in Sermone de funerali pompa Philippi III. Hiſpaniarum Regis, fol. 22. de ipſius devotione *ad Immaculatam Virginis Deiparæ Conceptionem, &c.* Lib. impreſſ. Murciæ 1621. in 4.

FERDINANDUS de Talavera, Archiepiſcopus Granatenſis Hiſpanus: Quòd B. Virgo MARIA fuit *concepta abſque peccato originali, & abſque ulla macula*, in Poëmate Hiſpano adducto à Fratre Joſepho de Siguença, Ordinis Sancti Hieronymi. Lib. impreſſ. Matriti 1605. in folio.

Item, typis mandari curavit Breviarium Granatenſe, in quo eſt officium *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* cum octava. Impreſſ. 1606. in 4.

Item, correxit, emendavit, atque auxit librum de Vita Chriſti D. D. Fr. Franciſci Ximenez, Patriarchæ Hieroſolymitani Ordinis Minorum; in quo cap. 16. agit latiſſimè *de modo præſervationis Virginis MARIÆ*; ut videre eſt in lib. impreſſ. Granatæ 1496. in folio.

FERDINANDUS Tertius Imperator ſemper Auguſtus, anno 1625. in die *Immaculatæ Conceptionis* Rex Hungariæ ſummo omnium applauſu inauguratus eſt. Ita Guilielmus Lamormaini, in vita Ferdinandi II. cap. 7. fol. 36. Item, an. 1647. in teſtatiſſimum ſui affectûs erga MARIAM Immaculatè conceptam monumentum, ſui ſceptri firmiſſimum fulcrum, ſuæ coronæ tutiſſimum perfugium, eidem

Virgini *ſine labe conceptæ*, pulcherrimam ſtatuam ejuſdem Virginis marmoream, omnimodam ipſius puritatem belliſſimè exprimentem, altiſſimæ columnæ ſuperpoſitam, in perpetuam & immortalem rei memoriam, ſolidiſſimo affectu, ſolemniſſima pompa atque majeſtate Auguſta, erexit & dicavit cum ſequenti inſcriptione.

*Deo Optimo Maximo*
*Supremo cœli, terræq; Imperatori*
*Per quem Reges regnant:*
*Virgini Deiparæ*
*Immaculatè conceptæ,*
*Per quam principes imperant,*
*In peculiarem Dominam*
*Auſtriæ Patronam*
*Singulari pietate*
*Suſceptæ:*
*Se, liberos,*
*Populos, Exercitus,*
*Provincias,*
*Omnia denique*
*Confidit, donat,*
*Conſecrat,*
*Et in perpetuam rei memoriam*
*Statuam hanc*
*Ex voto ponit*
*Ferdinandus III. Auguſtus.*

Item, in die Dedicationis prædictæ ſtatuæ atque columnæ, id eſt, 18. Maij, anno 1647. cum multis circumſtantijs æternâ memoriâ dignis, alta voce coram omni Populo Cæſarea Maieſtas ſequens emiſit votum: Omnipotens ſempiterne Deus, per quem Reges regnant, in cuius manu ſunt omnium poteſtas, & omnia jura Regnorum: Ego Ferdinandus coram divina tua Majeſtate humiliter proſtratus, meo, meorumq; ſucceſſorum, & inclytæ huius Provinciæ Auſtriæ nomine, *Immaculatam Filij tui Matrem ſemper Virginem MARIAM*, hodie in peculiarem Dominam & Patronam huius Archiducatûs invoco & aſſumo. Inſuper voveo, ac promitto eiuſdem *Immaculatæ Conceptionis* feſtum, quod cadit in diem 8. Decembris, ſolemniter, etiam quoad forum, in hac Provincia quotannis prævio more Eccleſiæ, conſueto jejunio eiuſdem pervigilio, celebrandum. Te deprecor ſupreme cœli, terræque Imperator, qui quod Matri tuæ impenditur, tibi impenſum reputas; votum hoc meum, quod ſuggerere clementer dignatus es, benigno favore proſequere, atque ad protegendum me, domum meam, populoſque mihi ſubiectos, dexteram tuæ Maieſtatis extende, Amen. Huius rei latam, piam, atque elegantem relationem lege apud Guilielmum Elabatam Comitem Germanum. Impreſſ. Auſtriæ, anno 1647. in 4. & ibidem 1649. etiam in 4. quam poſtea tranſtulerunt R. P. Thomas de Gerace in ſuo tomo 2. Adamantis MARIÆ, Marrac. in Cæſaribus Marian. Joann. Antonius Velazquez, libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 10. adnot. 7. fol. 387.

Item, *pro Conceptione Deiparæ Virginis MARIÆ* litteras planè Cæſareas nonnullas edidit. Si vis huius inſignis Imperatoris alia quàmplura *pro Immaculata Virginis Conceptione* egregia facinora videre; lege Marrac. in Cæſar. Marian. à folio 107.

FERDINANDUS de Torquemada, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Hiſpanus, in tract. de apparitione Dominæ noſtræ de los Remedios, à fol. 12. latiſſimè agit *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ac in eo de R. P. Roberti Gaguini devotione. Lib. impreſſ. Granatæ 1654. in 4.

FERDINANDUS de Torres, Ordinis Sancti Auguſtini Hiſpanus, & Poëta, in Carmine ad librum Hippolyti de Olivares agit *de puritate Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. Limæ 1631. in 4.

FERDINANDUS de Valverde, Ordinis S. Auguſtini Hiſpanus, edidit Epigramma *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, & extat apud Didacum Cano de Conceptione, fol. 96.

Item, in libro Hiſpanico: Vida de Christo nueſtro Señor, Dios, Hombre, Maeſtro, y Redemptor del mundo, &c. cap. 6. fol. 22. de modo, quo Deus *præſervavit Virginem MARIAM à peccato originali, &c.* Lib. impreſſ. Limæ 1657. in 4.

Item, in approbatione libri Hippolyti de Olivares, fatetur Virginem fuiſſe *conceptam abſque peccato originali, &c.* Lib. impreſſ. Limæ 1631. in 4.

FERDINANDUS de Vergara Cabeças, Doctor in Jure Hiſpanus, elaboravit librum ſub hoc titulo: Defenſa en Derecho *por la Immaculada Concepcion de la Virgen ſantiſſima Madre de Dios, y Señora nueſtra.* Lib. impreſſ. Granatæ 1653. in 4. & comprehendit quatuor capita explicantia illa verba: Tota pulchra es amica mea, & macula nō eſt in te.

FERDINANDUS de Villegas, Secretarius Sancti Tribunalis Inquiſitionis, expedivit reſcriptum, ſeu ordinem, ut Toleti defenderentur Concluſiones, quarum titularis erat: *Beata Virgo MARIA non contraxit debitum peccati originalis*, & hæc licentia fuit expedita ex ordine & mandato Supremæ Inquiſitionis. Extat impreſſ. cum aliis Opuſculis in 4.

FERDINANDUS de Zarate ſeu Hernandus, Ordinis S. Auguſtini Hiſpanus, 2. parte de Diſcurſibus Patientiæ Chriſtianæ: Quòd B. Virgo MARIA fuit *abſque peccato à ſua Conceptione*, in indice libro 5. diſcurſu 7. folio 53. Lib. impreſſ. Manti 1597. in 4.

FERDINANDUS de Zarate, alius diſtinctus à præcedenti (ut exiſtimo) Hiſpanus, in quadam ſpeculatione de Domina noſtra de la Oliva, fol. ... inquit: El primer diſcurſo y myſterio de las fieſtas de la Virgen, *es el de ſu Concepcion puriſſima, &c.* de qua latè uſque folium 34. Lib. impreſſ. Neapoli 1634. in 4.

FERRANDUS Diez Provere Hiſpanus, ſcripſit ac edidit Librum proſa & carmine, ſub hoc titulo: Comenza la obra de la ſacratiſſima Concepcion de la intemerata Mare de Deu, examinada, & dignament aprovada per mults Meſtres en ſacra Theologia, divulgada, & publicada en la inſigne Ciutat de Valencia, dins la caſa de la loable Cofraria de la glorioſa Seniora noſtra, en lo any de noſtre Señor Deu JESU Chriſt Fill ſeu, 1486. Iorn. *de la ſua puriſſima Concepcion, &c.* Lib. impreſſ. ibidem in 8.

Item, edidit de *Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Tractatum unum; de quo ſolùm invenio notitiam ſub præallegatis verbis. An verò fuerit diſtinctus à præcedenti, ſcire non potui.

FERRANTES Valverdius Italus, ſcripſit librum ſub hoc titulo: Dechiarattione dei miſteri *della Santtiſſima Concettione de la Immacolata Vergine MARIA*; il modo di contemplarli, è l'oratione à ciaſcheduno, per recommendarſele: Con li privilegi conceſſi da Sommi Pontefici à la venerabi-

nerabile ſua Confraternità, &c. Impreſſ. Neapoli 1616. in 8. & in principio adducit imaginem *Immaculatæ Conceptionis* pulcherrimam, circumdatam ſuis attributis; deinde in corpore libri adducit icones attributorum, & ſunt viginti quatuor.

FERREOLUS Locrius Paulinas Brabantus, *de feſto Conceptionis Virginis MARIÆ* caput unum; ubi de ejus præſervatione à peccato originali, à folio 607. uſque 613. in ſuo libro dicto: MARIA auguſta. Impreſſ. Antuerpiæ. 1608. in 4.

Item, in Chronico Belgico, ab anno 258. uſque 1600. &c. ad annum 1164. fol. 320. inquit: Quidam Cantuarienſis Archiepiſcopus de Roma veniens in hoc Monaſterio fuit hoſpitatus, craſtino Sermonem Conventui fecit in Capitulo, & inter cætera dixit, quòd in partibus Hieroſolymitanis, multi pſallere conſueverunt quinque Pſalmos, incipientes à ſingulis litteris nominis B. Virginis MARIÆ, & in B. Virginis memoriam frequentare, ſcilicet: Magnificat. Ad Dominum cum tribularer. Retribue ſervo tuo. In convertendo. Ad te levavi oculos meos; & ſingulis Pſalmis prætermittere Ave MARIA. Erat ibi præſens hic Frater nomine Joſcius Monachus noſter, qui hoc pio cordi commendans, quotidie poſt Matutinas, hos quinque Pſalmos decantare cœpit, & continuavit: quadam tamen nocte circa feſtum S. Andreæ, dum Superior noſter chorum circuiret, Joſcius cum aliis non interfuit, ſed ad lectum ejus in dormitorio Superior veniens, eum defunctum reperit; vocati Fratres accurrunt, & de ejus vultu diſcooperto quinque flores roſarum, unum ex ore & lingua, duos è naribus, & duos ex auribus exeuntes aſpiciunt; lætantes eum detulerunt in Chorum, & manè diligentiùs intuentes, in roſa quæ de ore exibat, invenerunt ſcriptum, MARIA. Tenuerunt ergo eum per dies ſeptem, donec tres Epiſcopi convenirent, quorum unus fuit Andreas Atrebatenſis Epiſ. &c. Lib. impreſſ. Atrebati 1616. in 4. Citat pro hac hiſtoria Iperium & Vincentium Belovacenſem, ad annum 1224. Etſi hæc, quæ referunt Auctores iſti, contigerunt circa feſtum Sancti Andreæ, *in die Conceptionis Virginis MARIÆ* magnum hujus feſtivitatis erit elogium.

FERRICVS Caſſinellus, Antiſiodorenſis Epiſcopus ſive Rhemenſis, ſummam adhibuit diligentiam, ut totus Ordo S. P. N. Dominici in Gallia, depoſita ſua opinione, teneret *Virginem MARIAM conceptam fuiſſe abſque originali peccato, & ipſius Conceptionis Immaculatæ* feſtum celebraret; quod optimum ſortitum fuit effectum ad annum 1387. ut refert ibid. Henricus Spondanus, numero 7. Item, de hoc ſic inquit Marraccius: Conceptionis Beatæ Virginis Deiparæ ſemper & ubique Immaculatæ acerrimus extitit aſſertor, occaſione Joannis de Monteſono Theologi Sorbonici, qui eamdem integerrimam Virginem in peccato conceptam fuiſſe, palam & publicè profitebatur; quam quidem ſententiam tot, tantiſque argumentis coram Carolo Sexto Galliarum Rege, & numeroſo Principum ac Procerum comitatu, oppugnavit Ferricus, ut Adverſarium ad palinodiam perduxerit, & Regem ipſum induxerit ad procurandum indici *feſtum Conceptionis Beatæ Virginis*, menſe Decembri proximè futuro, &c. Sic in Antiſt. Marian. fol. 187. Contigerunt hæc ad ann. 1390.

FIDELIS Daniel, Societatis JESU Italus, in libro de Diuina providentia, tomo 1. ſparſim per totum librum aſſerit: *Quòd Virgo MARIA nullam habuit maculam, & quòd fuit libera à peccato originali.* Vide indicem tomi ſecundi. Impreſſ. Mediolani, anno 1615. in 4.

FILOCALUS Caputus, Ord. Carmelitarum Italus, in Panegyricis tomi 2. affirmat: Quòd B. Virgo MARIA fuit præventa à gratia in formatione ſui corporis, *concepta abſque peccato, & libera à triplici væ*; ſparſim & latè in lib. impreſſ. Neapoli 1642. in 4.

FINUS Hadrianus Finiis, Ferrarienſis Italus, in libro: Flagellum contra Judæos ex ſacris Scripturis excerptum, lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 6. fol. 53. affirmat: *Quòd Virgo MARIA fuit prænuntiata & promiſſa in illis verbis: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, &c.* quæ caput ſerpentis calcavit, latè. Et eodem lib. 2. cap. 6. & 9. vocat *Deiparam ſemper intactam, & incorruptam, atq; puriſſimam.* Et libro 4. cap. 8. fol. 117. inquit: Ut verò à peccatis mundaret, homo eſſet ſine peccato; ſed quis eſſet ſine peccato homo, ſi ex peccati commixtione deſcenderet? *Proinde venit propter nos in uterum Virginis Filius Dei, ubi pro nobis factus eſt homo; ſumpta eſt ab illo natura, non culpa, &c.* Impreſſ. Venetiis 1538. in 4.

FLAMINIUS Ceraſola Bergomas, Juris Conſultus Italus, elaboravit Georgij Metropolitæ Nicomedienſis *in Conceptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* Orationem unam; Romæ 1625. Vide Marrac. in Bibliot. & Catalogo Marian, ad ann. 1641.

Item, ſcripſit Tractatum *de eadem Immaculata Conceptione*, &c. teſte eodem Marrac. ubi ſupra.

FLAMINIUS vel Famianus Strada, Societatis JESU Romanus, *de miraculo facto ab effigie Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in Bommelia, enarrationem in lib. de Bello Belgico, tom. 1. lib. 7. fol. 297. Impreſſ. Romæ 1647. in folio.

FLAVIUS Lucius Dexter, Eques Hiſpanus: *Quod à Iacobi prædicatione celebratur in Hiſpania feſtum Immaculatæ & illibatæ Conceptionis Dei Genitricis MARIÆ*, ad annum 308. num. 9. Impreſſ. Cæſarauguſtæ, anno 1619.

FLAVIUS Guilielmus Anglus, edidit libros 6. de Virgine MARIA, quorum Prologus incipit: Reverendiſſimo Domino & Patri Guilielmo, Sanctæ Aquenſis Eccleſiæ Archidiacono, Flavius Guilielmus, quod Domino ſervus & Patri filius; cum diutina familiaritate veſtræ Paternitatis, &c. Opus verò incipit: Beata & glorioſa Dei Genitrix MARIA longè antequam naſceretur, à Sanctis Prophetis, &c. & perveniens ad Canticum Canticorum, ad illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, inquit: *Bene tota pulchra & ſine macula eſſe debebat*, quæ Sancti Spiritûs Templum & Dei Filium in ſe portare habebat. Floruit tempore S. Anſelmi, & extat manuſc. in Collegio Societatis JESU Burdegallæ in 4. in charta pellicea.

FLORENTIUS Conrrius, Ord. Minorum, Archiepiſcopus Tuamenſis Hybernus, ſcripſit Librum ſub hoc titulo: Sententia de Immaculatæ Conceptionis quæſtione ſecundùm B. Auguſtini mentem; in qua oſtenditur B. Auguſtinum nihil unquam in illa quæſtione expreſsè determinaſſe, quamvis *Immaculatæ Conceptioni* videatur faviſſe; ex ejus tamen doctrina certò colligi poſſe, ſi nunc viveret, eum pro Immaculata Conceptione diffinitivam ſententiam fuiſſe laturum. Impreſſ. Antuerpiæ 1619. in 4.

FLO-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FLORENTIUS le Febure, Ordinis Minorum Flander, ſub R. P. Franciſco Rouſſel defendit in Comitijs Provincialibus Valencenis die 20. Aprilis 1659. *præſervationem Virginis à peccato originali*, ut latiùs dicitur, verb. Franciſcus Rouſſel. Fuerunt impreſſ. Valencenis, eodem anno in charta expanſa.

FLORENTIUS ab Hanſwyck, Mechlinienſis Ordinis Minorum Belga, in 2. tomo Cornucopiæ Concionatorum agit latè *de Immaculata Conceptione*; ut videre eſt in indice, verb. MARIÆ Conceptio Immaculata. Item, in indice concionatorio, adducit tres Sermones *pro feſto Virgineæ Conceptionis*, in quibus latè probat eius immunitatem à peccato originali. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1646. in folio.

Item, tomo 3. à folio 1. ſub hoc titulo: Quòd ſacratiſſima Virgo ſit ſpeculum ſine macula in Conceptione, enarratio 14. Aliquæ adducuntur rationes, quibus convincitur *Virginem eſſe conceptam abſque peccato originali*, agit per plura folia prolixè ſatis, & paſſim in eodem libro; ut videre eſt in indice, verb. Conceptio Virginis. Lib. impreſſ. Lovanij 1655. in folio magno.

FLORIANUS Treſlerus, Benedictempuranus Cœnobita, in libro declarationum Theologicarum, *de Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione* Orationem unam, quæ eſt in ordine vigeſima prima, eruditam ſatis, & habet pagin. 12. Lib. impreſ. apud Gaſparem Datz 1543. in 8.

Item, in Declamationibus 33. Theologicis, de præcipuis tum Eccleſiæ Catholicæ ferijs, tum Religionis Chriſtianæ capitibus, folio 225. *de Immaculata Virginis Conceptione* Orationem unam, uſque ad folium 338. Impreſſ. Coloniæ 1561. in 8. Et oratione 18. affirmat, quòd fuit Virgo MARIA pura, & ab omni omninò traducis *macula ſemper immunis*, &c. Vide alia ibi.

FIRMINUS Capitis, Ordinis Minorum Doctor Pariſienſis, in Expoſitione in Exodum à principio Primogenitorum Ægypti, &c in calce libri habet *in die Immaculatæ Conceptionis ſacratiſſimæ, & digniſſimæ Virginis MARIÆ Matris Dei* Concionem unam. Lib. impreſſ. Pariſijs 1579. in 8. fol. 161.

Item, in Expoſitione in Geneſim, ab Adami noxa ad natum Iſaac uſque, aliquot Homilijs partita ac Concionibus, in die *Immaculatæ Conceptionis ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ* Homiliam; à fol. 119. uſque 122. & incipit: Ego Mater pulchræ, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1570. in 8.

FOELICIANA Henriquez de Guzman, fœmina Hiſpana, edidit Cantionem ſub hoc titulo: *Ala puriſsima Concepcion de la Virgen MARIA Madre de Dios y Señora nueſtra, &c.* Et extat cum informatione D. Franciſci de Leon Garavito.

FOELICIANUS Capitonus Narnienſis, ex inſtituto Fratrum Servorum & Archiepiſcopus Aſcinionenſis, in libro intitulato: Explicationes Catholicæ locorum ferè omnium veteris ac novi Teſtamenti, quibus ad ſtabiliendas hæreſes noſtra tempeſtate abutuntur Hæretici, parte 2. explicat. 62. ad illa verba: Vocatus eſt autem Jeſus, & Diſcipuli eius ad nuptias, Joan. 2. fol. 263. inquit: Verùm, quoniam pia, celebriſque in tota Eccleſia retenta eſt opinio, *MARIAM Virginem ab omni labe peccati fuiſſe immunem propter privilegium, quod ſibi à Chriſto Filio eius tributum eſt*; idcirco potiùs Chryſoſtomum, & ſibi conſentientes Auctores audaciâ peccaſſe, quàm Beatam MARIAM fateri peccatricem, neceſſe eſt, &c. Liber editus in lucem per Fr. Gaudioſum Floridum, Peniſinum Servitam. Item, quòd *Virgo MARIA nullo modo peccare potrat* Summarium unum ibidem. Lib. impreſſ. Venetijs 1579. in folio, & etiam in 8. in tribus tomis, & Coloniæ 1581. in 8.

FOELIX Antonius Bregnanius Italus, in libro de vita Chriſti & MARIÆ, fol. 11. coron. 1. de B. *MARIÆ Immaculata Conceptione* Coronam integram. Lib. impreſſ. Neapoli 1628. Vide etiam fol. 19.

FOELIX de Arteaga, Poëta Hiſpanus, in Cantione de Aſſumptione Virginis MARIÆ, folio 16. à tergo, ſic de Deipara loquitur:

*Moriſte, empero no reconvenida*
*De execucion fatal, que ſoberano*
*Premio fue en ti, lo que al mayor amigo*
*Raſtros de Adam infaman por caſtigo.*
*Libre de deudas, &c.*

Impreſſ. Matriti 1641. in 8. Hunc exiſtimo fuiſſe Hortenſium Paraviſſimum, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis.

FOELIX Aſtolphus, Canonicus S. Salvatoris, in hiſtoria univerſali de Imaginibus miraculoſis magnæ Dei Matris, quæ venerantur in toto mundo, circa *Confraternitatem Conceptionis B. Virginis MARIÆ* exiſtentem in Conventu Neapolitan. Montis Calvarij Fratrum Minorum, libro 13. ad finem, folio 706. ad an. 1589. ait: Hebbe quivi principio à 4. de Marzo, la grand Confraternità *della Concettione* fundata nella Chieſia di Monte Calvarii de Frati Minori: Trovandoviſi dunque Guardiano Fra. Elia da Nola penſò d'indurvi tale Confraternità cò privilegi de San Lorenzo in Damaſo di Roma, & ne procuro & hebbe la gratia: Publicarono tali indulgenze, è gratia diverſi Patri di quell' Ordine, è piu efficacemente impreſſe tale devotione l' eloquentiſſimo Panigarola, ch' all hora predicava Nella famoſa Nuntiata di Napoli: Gran coſa: Comenciateſi à publicar l'Indulgenza dici nove Marzo ſi trovarono ſcritti in Monte Calvario ſette milla perſone, à venti ſei, dieci milla, à ventinove diciotto milla, &c. à l'ultimo venti due milla. Queſte è gran lode della pieta tua, ô Napoli. Non fini il corſo di tanta devotione, che ſene ſcriſſero ſino à quarante tre milla como ſi vede ne libri del luogo; è no baſtando ſi dilato, quaſi in un tratto per tutto il Regno di ſorte che da ogni luogo d'eſſo, ó venivano, ô mandavano le genti à ſcriverſi nella detta Confraternità, il numero della qual' hoggi è arrivata all' infinito. Viſi aggiunſe anco à tali progreſſi il benedetto luogo dela Concettione, dove ſi recevono fanciulle povere che gia vi devon eſſer in buon numero, & alcune nobiliſſime, di maniera che ſe un padre, ô una madre haveſſe delle figlivole femine pur aſſai ſenza modo di ſoſtentarle, non potrebbe dir di non ſaper ove appoggiarle havendovi ſi Santo, è commodo luogo; e quivi quelle fanciulle oltre al ſervigio di Dio, ſi fano attendere alle virtu, &c.

FOELIX Centinus Aſculanus, Ordinis Minorum Italus & S. R. E. Cardinalis, cùm eſſet Maceratenſis Epiſcopus, ad Altare *Immaculatæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis* Societatem Stellarij fundavit, ab Urbano VIII. Pontifice Maximo indulgentijs honoratum; legeſque pro eadem Societate condidit, editas Maceratæ 1639. Vide Purpur. Marian. fol. 138.

FOELIX Maleollus, in libro de Emptione, & ven-

venditione, poſt medium, folio 149. litt. B. affirmat, quòd jam ſuo tempore *de Conceptione Virginis per mille annos, & ultra fuiſſet diſputatum*, &c. quidquid Hæreticus dicat. Ita Joann. Henricus Hottingerus, in libro: Hiſtoria Orientalis, quæ ex varijs Orientalium monumentis collecta eſt, agit fol. 92. Lib. impreſſ. Tiguri, anno 1651. in 4.

FOELIX Perettus de Montalto, S.R.E. Cardinalis Sancti Hieronymi, Ordinis Minorum, Xiſtus Papa V. poſtea vocatus, ante ſuam ad Pontificatum aſſumptionem, ſcripſit Sermones linguâ Italicâ *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione.* Ita Daza, in Tractatu de Conceptione, cap. 6. fol. 45. & poſtea ad ſummum dignitatis Pontificiæ apicem aſſumptus, plures pro hoc myſterio & feſtivitate Bullas conceſſit; ut videre eſt in noſtro Indiculo Bullarij Seraph.

FOELIX Reyneccius Marchyco, Brandeburgenſis Germanus, Ordinis Minorum, de inſtitutione feſtivitatis *Immaculatæ Conceptionis*, ac Decretis Summorum Pontificum circa eamdem feſtivitatem, in 2. parte, ſive: Bias Franciſcanus, à folio 207. uſque 214. Lib. impreſſ. Oeneponti 1650. in 12. Item, ibidem de diſputatione habita Pariſijs, anno 1304. circa controverſiam: *An ſcilicet Beata Virgo concepta fuerit ſine peccato originali, ſemperque Immaculata fuerit?* quæ habita fuit ex Apoſtolico præcepto, præſentibuſque Apoſtolicis Legatis, & Doctore Subtili Scoto, &c. Vide ibi fol. 100. Item, ibidem agit de controverſia exorta ann. 1477. in partibus Lombardiæ, & Civitatibus Ferrarienſi & Brixienſi, circa *eamdem Virginis MARIÆ Immaculatam Conceptionem.* Hanc excitavit Vincentius Bandellus de Caſtronovo cum ſuis Libellis; de quibus latè agimus in Sole Veritatis. Item, de controverſia, & ſcandalo exorto in oppido Deppe, anno 1497. per Joannem Verum, circa *immunitatem Virginis MARIÆ à peccato originali*, qui poſtea Univerſitate præcipiente, palinodiam decantavit, folio 112. Hæc fuit illa controverſia, quam refert Henricus Spondanus & alij, pro qua die 17. Septembris, apud Sanctum Maturinum congregati ſunt octoginta duo Doctores Pariſienſes, ut Verum damnarent, & novum ederent Decretum. Extat apud nos revocatio. Vide Solem Veritatis.

Item, in relatione Provinciæ Tirolis, inquit: Circa an. 1578. filius præfati Imperatoris Archidux Auſtriæ Ferdinandus, iuxta Templum hoc ædificavit Sacellum pulcherrimum, in honorem *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ* extructo Altari, in quo inſigne Deiparæ ex ſolido argento ſimulacrum viſitur. Circumſtant illud variæ figuræ itidem argenteæ, hoc myſterium adumbrantes, &c. Item, refert quoddam miraculum de hoc *Immaculatæ Conceptionis Sacello*, ſic: Quando fornex iſtius Sacelli conſtruebatur, ac iſti operi concamerato plura ponderoſiſſima inſtrumenta ſubſtabant, ſupra quæ quatuordecim, ac ſubtus quatuor viri laborabant; quidam faber lignarius œſtro, & aſtu dæmonis invidentis tantum honoris Deiparæ, percitus, ſolvit trabale lignum, quo tanta illa machina continebatur: unde ex fragore orto, omnimodam ruinam huiuſmodi graviſſimæ machinæ non obſcurè omnes iudicabant; operarioſque illos præſentaneo mortis periculo expoſitos conſpiciebant; attamen neutrum horum factum eſt, ſed beneficio Dei (proculdubiò Deipara intercedente) omnes ſani & ſalvi evaſère, atque incœptum opus fœliciter ad finem uſque perductum fuit. Item, quòd in hoc Sacello *Immaculatæ Conceptionis*, Ferdinandus Archidux ſepultus fuit in monumento magnificentiſſimè ac regiè ornato. Item, in arbore Provinciæ Tirolis, affirmat quòd in prædicta Provincia ſunt *Immaculatæ Conceptionis* Capellæ tres, Altaria verò quatuor. Extat relatio hæc optimis characteribus manuſcripta in Archivo Matritenſi.

FORTUNATUS Sccachi Fanenſis, Ordinis S. Auguſtini, & ſacri Palatij Sacriſta, habuit Concionem in feſtivitate Conceptionis B. Virginis, ſuper Evangelium: Liber generationis JESU Chriſti, Matthæi 1. in qua tractatur de *Conceptione Immaculata* prædictæ Virginis, à folio 48. uſque 62. Italicè. Impreſſ. Romæ 1636. dicata Summo Pontifici Urbano VIII. & approbata à Magiſtro ſacri Palatij Nicolao Ricciardo.

FORTUNATUS de Virail, Ordinis Minorum Gallus, edidit Librum ſub hoc titulo: L'amour de tous les ſiecles envers l'*Immaculée Conception de la Mere de Dieu*, ou l'alliance de deux myſteres du tres-ſainct & adorable Sacrement de l'Autel & de l'*Immaculée Conception*, è prouvée parfaictement. Lib. impreſſ. Pariſijs 1655. in 4. regali.

FRANCISCA Bologneſis, Panormitana fœmina Itala, in libro cuius titulus eſt.: Menſa ornata & fioritta, &c. à folio 9. uſque 59. agit de præſervatione Virginis MARIÆ, ſub hoc titulo: *Meditationi della puriſſima Concettione della Beata Virgine, diviſſe in otto giornate della ſua octava.* Lib. impr. Neapoli 1629. in 8.

FRANCISCA de JESU MARIA, Fundatrix Monaſterij Sanctæ MARIÆ Gratiarum de Farneſe, & ſanctiſſimæ Conceptionis de Albano, & de Roma, &c. in Cantico de Aſſumptione Virginis MARIÆ vocat ipſam *omni gratiâ plenam, abſque ullo defectu ab utero matris ſuæ, &c.* Lib. impreſſ. 1654. in 8. fol. 38.

FRANCISCA Laraga, Monialis ..... Hiſpana, edidit Gloſſam *circa immunitatem Virginis glorioſæ à peccato originali*; ut videre eſt apud Sanct. Zapata, folio 133.

FRANCISCA Romana Sancta, ac Congregationis Oblatarum B. Virginis, ſeu Monialium Turris ſpeculorum Fundatrix, propè Conventum Aracœlitanum Romæ, &c. eandem Beatiſſimam Virginem MARIAM audivit aſſerentem: Nulli pœnitus mortalium ſibi perſuadendum eſſe, *omnis prorſus culpæ in hoc ærumniſſimo exilio ſe immunem eſſe poſſe; quippè id tantùm Deiparæ Virginis peculiare fuerat indultum, &c.* Ita Hippolyt. Marrac. in Fundatoribus Marian. cap. 28. folio 261. ex quodam manuſcrip. antiquo. Tamaius de Salazar, fol. 267.

FRANCISCA Vacchina è Viterbio, Ordinis Prædicatorum, huic myſterio erat devota, & de præparatione facienda *in die Conceptionis Virginis MARIÆ*, & quid recitandum in ipſa die in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis agit Hipp. Marrac. in Lilijs Marian. fol. 118. & 126. ex Roberto de Robertis, in eius vita. Impreſſ. 1613.

FRANCISCHINUS Vicedominus Ferrarienſis, Ordinis Minorum Italus, in libro Homiliarum, *de feſto Conceptionis Virginis MARIÆ* Homiliam unam, ſuper illa verba: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, fol. 14. Impreſſ. Venetijs 1591. in 4. & 1626. & eſt expreſſus pro pia ſententia, licèt ſermonem adducat ſolùm ſub titulo Conceptionis Virginis.

FRANCISCUS, Abulenſis Epiſcopus Hiſpa-

nus, Beatiſſimam Virginem MARIAM *nunquam actualiter ſubiacuiſſe peccato*, defenſione, devotione ac iuramento firmavit. Vide Marrac. in Antiſt. Marian. fol. 587. & noſtrum Armament.

FRANCISCUS Acoſta, Societatis JESU Luſitanus, ſcripſit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Tractatum unum, de quo Hippol. Marrac. in Biblioth. & in Catalogo ad annum 1615. Piſtoia, fol. 157. Sed in Catalogo Scriptorum Societatis JESU, nullum inveni Scriptorem Franciſcum Acoſta, nec à Coſta: fortè fuit prætermiſſus à Patre Alegambe, & ſic fides ſit apud Auctores.

FRANCISCUS Aguado, Societatis JESU Hiſpanus, in libro: Del Chriſtiano ſabio; titulo 2. cap. 6. numero 7. folio 83. vocat Beatam Virginem MARIAM *Speculum ſine macula*, &c. Lib. impreſſ. 1653. in fol.

Item, in libro de Myſterijs Fidei, ſub hoc titulo: *de Myſterio puriſſimæ Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ noſtræ* Tractatum, à folio 122. Lib. impreſſ. Matriti 1646. in folio.

Item, in libro de Summo Sacramento Fidei, & Theſauro nominis Chriſtiani, tit. 3. capite 5. folio 256. Quòd Virgo MARIA fuit puriſſimum manna, cui connaturalis fuit *puritas* & Virginitas, quaſi propria ſubſtantia, &c. Lib. impreſſ. Matriti, an. 1640. in fol.

FRANCISCUS de Aguirre, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, ſcripſit ſic: *Sanctiſſimæ, undequaque incontaminatæ Virgini MARIÆ Deiparæ, abſque ulla peccati contagione conceptæ* Trophæum. Lib. impreſſ. Hiſpali 1616. in 4.

FRANCISCUS Albertinus Catanzarienſis, Societatis JESU Italus, in Corollarijs ſeu Quæſtionibus Theologicis, præcipuè in 1. & 3. part. S. Thomæ, &c. corollario 1. & 5. Principio Philoſophico, quæſt. 2. fol. 321. columna 1. numero 1. explicans illud Joannis, capite 3. inquit: Et probatur primò ex Scripturis, multis in locis, præcipuè 1. Joannis capite 3. Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, &c. Tertiò ex Tridentino, ſeſſione 6. canon. 23. *excipit tamen B. Virginem*, quam dicit habuiſſe privilegium. Quartò probatur ex Auguſtino, de Natura & Gratia, capite 34. & affert eundem locum apud Joannem, ubi etiam ex*cipit Beatam Virginem ab originalis peccati contractione.* Lib. impreſſ. Lugduni 1610. in fol.

Item, in libro de Angelo Cuſtode, capite 4. fol. 25. *Quòd Virgo & Dei Mater MARIA peculiari privilegio, ab omnis peccati maculâ præſervata*, & univerſis ſculpta virtutibus extitit. Lib. impreſſ. Coloniæ 1613. in 12. regali, & Neapoli Italicè 1612. in 8.

FRANCISCUS Alcocer, Ordinis Minorum Hiſpanus, de modo recitandi officium & ceremonias faciendi *in die Immaculatæ Conceptionis* in noſtro Ordine, in ſuo Ceremoniali. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1566. in 8.

FRANCISCUS de Aldana, Poëta Hiſpanus, tomo 2. ſuorum operum, Poëmate de Partu Virginis, folio 9. inquit:

*Preſervè en eſta con mi omnipotentia*
*La fiera culpa, y fue debida empreſa,*
*Dar toda perfeccion, toda excelencia*
*A la del Cielo impireo alta Princeſa.*

Lib. impreſſ. Matriti 1593. in 8.

FRANCISCUS Alonſo, Societatis JESU Theologiæ Profeſſor Compluti, Hiſpanus, die 2. Martii 1649. defendit ſequentem Propoſitionem: A primævo omnes inficiente contagio, *una excluditur* [...] *Virgo, quæ neq; illud, neq; ejuſdem debitum traxit* [...] *Adamo; ſed fœliciſſimo liberata remedio, ante illam* [...] *pavit ſalus, quàm peccati periculum ſubiret.* Impreſſ. Compluti, eodem anno.

FRANCISCUS Alvarez, Ordinis Minorum Hiſpanus, cum alijs Patribus ſcripſit Epiſtolam ad Paulum V. Pontificem Maximum *pro diffin*[...] *myſterij Immaculatæ Conceptionis*; ut videre eſt apud Dazam, cap. 25. fol. 189.

FRANCISCUS Alvarez à Perea, Poëta Hiſpanus, in Cantione de Virgine MARIA, inquit:

*Eſta de cuerpo y alma reveſtida,*
*Cuerpo donde jamas entrò el pecado*
*Ni ſe obligo a la deuda de ſu padre.*

Extat impreſſ. in libro: Sacrarium Toletanum folio 15.

FRANCISCUS Alvarez à Toledo, Comes [...] Oropeſa, intra mœnia ejuſdem oppidi *Conventum Conceptionis Deiparæ Virginis* nuncupatum, quem [...] Herſina Mencia à Toledo Carriani Comitis legitima filia ædificare incœperat, adhuc imperfectum proprijs ſuis ſumptibus perficiendum curavit. Gonzaga in Hiſtor. Seraph. & Provincia Caſtellæ. Marrac. in Princip. Marian.

FRANCISCUS de Ameyugo, Ordinis Minorum Hiſpanus, Sermone de ſancto Bernardo, ſæpiſſimè *nominat Virginem MARIAM ſemper puram*, &c. Impreſſ. Valliſoleti 1649. in 4.

Item, fecit Sermonem Burgis in Hoſpitali Im*maculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in die feſto [...] iuſdem; ubi probat hoc myſterium eſſe quaſi articulum Fidei, quem nobiles Equites Burgenſes, qui ejuſdem Conceptionis Immaculatæ quotannis feſtum celebrant cum ſolemni octava, typis mandarunt, Burgis 1658. in 4.

FRANCISCUS Amicus, Societatis JESU Conſentinus, tomo 6. de Auguſtiſſimo Incarnationis myſterio, diſputatione 16. de Chriſti merito, ſect. 9. numero 269. *Quod Virgo MARIA fuit formaliter redempta à Chriſto Domino, ex meritis eius præviſ*[...] Duaci 1650. in fol. Et tom. 3. diſt. 25. ſect. 4. [...] *de Conceptione Virginis MARIÆ, &c.*

FRANCISCUS Amolaz Hiſpanus, edidit Librum ſub hoc titulo: *Deiparæ triumphus ab origin*[...] in quo de ejus præſervatione. Impreſſ. Barchinone 1655. in 4. cum aliquibus Poëmatibus Hiſpanicis ad finem, hoc concernentibus myſterium.

FRANCISCUS Andreas Valentinus, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, in Scolijs ad Ordinis ſui Ceremoniale, non ſemel docuit *V. MARIAM fuiſſe conceptam* [...] *peccato originali*, ut refert Sylveſter de Saavedra, libro de ſacra Deipara, diſput. 16. ſect. 14. numero 658. fol. 350.

FRANCISCUS de San Angel, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, ſcripſit Compendium gratiarum Ordinis Montis Carmeli, & folio 26. [...] de Indulgentijs conceſſis à Sixto IV. *pro die Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. Matriti 1598. in 8.

FRANCISCUS ab Angelis, Ordinis Minorum Miniſter Generalis Hiſpanus, fecit accordinavit Conſtitutiones pro omnibus Monialibus Religioſis Toletanis *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ita Petrus de Salazar in Chronicis, lib. 8. cap. 6. fol. 479.

Item, eodem agente ac ſollicitante, Marina de Ca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cardenas, fœmina nobiliſſima, ſuis opibus in Urbe Romana ad radices Montis Capitolini Monaſterium *Conceptionis*, anno 1525. erexit, ac cum alijs decem mulieribus ejuſdem Ordinis habitum aſſumpſit. Sic Balduinus Junius, parte 4. ad ann. 1484. fol. 773. Gonzaga, parte 1. Hiſtoriæ Seraphicæ. Vidimus Monaſterium.

FRANCISCUS ab Angelis, Ordinis Minorum alter Hiſpanus, ſcripſit Conſiderationes in *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non eſt in te, ubi ejus præſervationem à peccato adſtruit*. Lib. impreſſ. Matriti 1643. in 4.

FRANCISCUS Antonius Glianes Brunduſinus, Archidiaconus Monopolitanus; de Excommunicatione contra quoſcumque tam Concionatores, quàm alios cujuſvis ſtatûs, gradûs, ordinis & conditionis, qui quomodolibet affirmare præſumunt hæreſim eſſe aut peccatum mortale, credere aut tenere *Beatam Virginem in ſua Conceptione à peccati originalis macula fuiſſe, vel non fuiſſe præſervatam, vel eſſe peccatum celebrare Conceptionis officium, Concioneſve eorum, qui Immaculatam eam prædicant, audire, aut libros ſuper eiſdem aſſertionibus editos legere, tenere, ac habere ut veros*: & reſervatur Papæ, ut in Extravagante 2. Grave nimis, & quòd hæc Excommunicatio fuit confirmata & innovata contra omnes Eccleſiaſticos, Sæculares, & Regulares cujuſvis Ordinis, conditionis, & dignitatis, qui in quibuſcumque locis & actionibus publicis, in quibus ſcandalum ſuper his oriri poſſit, præſumunt aſſerere *Beatam Virginem conceptam fuiſſe in peccato originali*, vel in dictis actibus impugnare alteram opinionem; & quòd in colloquijs privatis ſeu ſcriptis, nemo audeat aſſerere *Conceptionem cum peccato*, neque de hac opinione affirmativa agere ſine ſpeciali indulto Sedis Apoſtolicæ; Dominicani tamen poſſunt inter ſe dumtaxat, & non inter alios, neque cum alijs, de materia ejuſdem Conceptionis diſſerere; neque quòd in feſto Conceptionis utantur alio nomine, &c. in libro: Summæ Cenſurarum & Irregularitatum. Impreſſ. Romæ 1640. in 12.

FRANCISCUS Antonius de Yſaſi & Guzman, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac Collega in Collegio puriſſimæ Conceptionis Complutenſis, ſcripſit Sermonem ſub tali inſcriptione: Oracion Evangelica, Declamacion ſacra *à la limpia immunidad de MARIA Santiſſima, al original privilegio de ſu pureza en el primer inſtante de ſu Concepcion en gracia*; en la grande, & ſumptuoſa octava, que celebrò convocando las ſagradas Religiones para mas decoroſa pompa, el graviſſimo, y Religioſſimo Convento de nueſtro Padre San Franciſco de la Univerſidad de Alcala, eſte año de 1654. Impreſſ. ibidem 1655. in 4.

FRANCISCUS Antonius, Societatis JESU Hiſpanus, in Indice ſuper Salutationem Angelicam Catechiſmi Reverendiſſimi Patris Edmundi Augerij à ſe recognito, ait: Quòd *Beata Virgo MARIA ſola ſine peccato fuit inter omnes Sanctos*, &c. Impreſſ. Matriti, anno 1592. in fol.

FRANCISCUS Antonius, Archiepiſcopus Sancti Severini, in Concilio Provinciali approbato à ſacra Congregatione, præſtitit modum concionandi Prædicatoribus in die *Conceptionis Beatiſſimæ Deiparæ Virginis MARIÆ*. Item, in Kalendario feſtorum præcepit obſervari feſtum *Conceptionis B. Virginis MARIÆ*; ut refertur in libro impreſſ. Romæ, anno 1597. fol. 19.

FRANCISCUS Antonius Plundus à Sancto Severino, Ordinis Minorum Italus, in Opere de Cenſuris & Irregularitate, diſput. 7. art. 8. numero 4. fol. 353. ait: Quòd liceat divina officia ſolemniter celebrare *in feſto Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* cum ſua octava, ex conceſſione Leonis X. &c. Alia vide ibidem. Lib. impreſſ. anno 1636. in 4.

FRANCISCUS de Arando & Mazuelo Hiſpanus, ſcripſit Sermonem ſub hoc titulo: En el juramento, que hizo de defender *la puriſſima, è Immaculada Concepcion de nueſtra Señora*, el Cabildo de la Santa Igleſia Cathedral de Salamanca, Viernes, que ſe contaron 15. del mes de Agoſto, dia de la Aſſumpcion de nueſtra Señora, que es la vocacion de la miſma Santa Igleſia. Impreſſ. Matriti 1653. in 4.

FRANCISCUS Arias, Societatis JESU Hiſpanus, in lib. de Imitatione B. Virginis, cap. 1. fol. 3. ait: *Quòd B. Virgo incurriſſet peccatum originale, niſi ſingulari beneficio, ſuaviſſima Dei ope ab omnibus præſervata eſſet*. Lib. impreſſ. Coloniæ, anno 1613. & Antuerpiæ 1605. in 16.

Item, in libro dicto: Profectus ſpiritualis, cap. 23. de Charitate Virginis quantùm ad actum principalem, qui eſt amor Dei, folio 399. dicit: Quòd quando *Virgo fuit concepta, ſicut fuit plena gratiâ*, ſic etiam charitate; & quòd hæc gratia fuit data Virgini *in Conceptione*, & poſtea ſemper crevit, &c. Lib. impreſſ. Valliſoleti 1593. in 4. & in eodem libro habet Tractatum de Roſario & ejus myſterijs. Et cap. 1. fol. 237. Quòd *MARIA fuit præſervata à peccato Adæ*. Impreſſ. Valliſoleti, anno 1588. in 4.

FRANCISCUS Arnoux, Canonicus in Eccleſia Cathedrali de Rietz in Gallia, in lib. dicto: L'échelle de Paradis, &c. c. 115. adducit officium ſpeciale, ſeu Horas *Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, & modum eas recitandi; ubi *de ejus præſervatione*. Impreſſ. Rothomagi 1634. in 12.

FRANCISCUS Aſſiſias S. Ordinis Minorum Pater, & Patriarcha inclytus, in ſalutatione ad Virginem MARIAM, inquit: Ave Domina Sancta, Regina Sanctiſſima, Dei Genitrix MARIA; quæ es perpetua Virgo, electa à Sanctiſſimo Patre de cœlo, quam conſervavit cum Sanctiſſimo Filio & dilecto, ac Spiritu Sancto Paraclito, *in qua eſt, & fuit omnis plenitudo gratiæ*, & omne bonum; in tomo 1. ſuorum Opuſculorum, folio 105. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1623. in 4. Ex qua auctoritate infert Waddingus, adnot. 3. quòd Virgini non defuit gratia & juſtitia originalis in ipſo Conceptu, &c. Vide alia ibi. Item, in Oratione 2. inquit: *Non eſt tibi ſimilis nata in mundo in mulieribus*, Filia & ancilla Altiſſimi Regis cœleſtis, &c. Naſcitur homo in muliere, quando concipitur; naſcitur verò ex muliere, quando exit de utero. Cùm ergo dicat Sanctus ac Seraphicus Pater meus: Non eſt tibi ſimilis nata in mundo in mulieribus; de ejus Conceptione loquitur, non Nativitate. Item, quia ſi per illud nata, intelligeretur Nativitas ex utero; ſi aliàs non fuiſſet præſervata à peccato originali, ſed ſanctificata ab eo, poſſet dicere aliquis, quòd habuit ſimiles Joannem Baptiſtam & Hieremiam. Tandem; quia MARIA fuit nata ut Filia & ancilla, & priùs ut Filia Dei, quàm ut ancilla.

cilla. De hoc multa poſſent dici, quæ brevitatis cauſâ omittuntur.

FRANCISCUS de Avila, Canonicus Bellomontanus Hiſpanus, in libro: Figuræ Bibliorum veteris Teſtamenti, à folio 75. de Virginis MARIÆ præſtantia, inquit: Eò quòd Virgo virtutum ſuaviſſimum odorem latè ſparſerit, *& ſola inter mortales peccati cariem non ſenſerit*, &c. Hinc pura concipiens enixa eſt, pura poſt partum permanens, univerſa contagione carnis procul ſemota, &c. Vide ibi alia plura pro immunitate Virginis MARIÆ. Lib. impreſſ. Antuerpiæ, anno 1574. in 8.

Item; in libro Concionum Quadrageſimalium, Sermone de Incarnatione, inquit: Quæ ſanctior, quæ purior, quæ candidior, quæ Deo ſimilior, cùm illa ad id ab æterno fuerit electa? Unde cùm dicitur, quòd Sapientia ædificavit ſibi domum, hac dicendi phraſi explicatur quidquid decoris, pulchritudinis, candoris, majeſtatis, gloriæ, non humana, ſed angelica concipi poteſt mente; *nam ſi potentia ſine ſapientia illam ædificaſſet, errare forſan potuiſſet; & ſi ſine potentia, ſapientia; deficeret quidquam: ſed eſt ſapientia omnipotens, & omnipotentia ſapiens; omnibus igitur numeris abſoluta illa eſt*, &c. Lib. impreſſ. Compluti 1589. in 8.

FRANCISCUS de Avila Hiſpanus, & Epiſcopus Giennenſis, in libro: De la veneracion que ſe deve à los cuerpos de los Santos, y à ſus reliquias, y de la ſingular con que ſe ha de adorar el cuerpo de Chriſto nueſtro Señor en el Santiſſimo Sacramento, &c. lib. 4. c. 4. f. 396. inquit: *Tuvo la Virgen Santiſſima entre las de más gracias, los principales effetos de la juſticia original.* Impreſſ. Matriti. 1611. in fol.

FRANCISCUS Barberinus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Vicecancellarius, ac Protector Ordinis Minorum; in Conſtitutionibus Farfen. & Sancti Salvatoris Abbatiæ Beatæ MARIÆ, præcepit & appoſuit *feſtum Conceptionis Virginis MARIÆ* obſervandum ex devotione, in Diœceſi illa. Lib. impreſſ. 1628. in 8.

Item, quotannis celebrari facit feſtum *Immaculatæ Conceptionis*, ubi ipſemet aſſiſtit divinis Officijs, concioni, ac proceſſioni, facientibus Confratribus Archiconfraternitatis Stellarij Immaculatæ Conceptionis, cuius eſt Protector; ut videre eſt in codicibus manuſcript. exiſtentibus apud Sanctum Laurentium in Damaſo; quibus omnibus functionibus interfui, anno 1653. & 1654.

FRANCISCUS Baronius ac Manfredis, in libro de Majeſtate Panormitana, fol. 161. agit de Cœnobio Monialium *illibato Deiparæ Virginis Conceptioni ſacro, &c.* Lib. impreſſ. 1630. in fol.

FRANCISCUS Bermudez de Pedraza, in lib. de Antiquitate & excellentijs Granatenſis civitatis, cap. 17. fol. 118. *de Monaſterio Conceptionis Dominæ noſtræ* ſub tertia Regula S. Franciſci, fundato à Juliana de S. Franciſco Romana, &c. Lib. impreſſ. Matriti 1608. in 4.

FRANCISCUS Bernardus de Eraſo, Canonicus & Poëta Hiſpanus, ſcripſit Cantionem *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali.* Impreſſ. apud Sanct. Zapata, lib. de Concept. à fol. 170.

FRANCISCUS Bertucius à Meneo, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Italus, ſcripſit *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Tractatum unum; ut refert Hippolytus Marrac. in Bibliot. folio 400. & in Catalogo, anno 1629.

FRANCISCUS Bivarius, Ciſtercienſis Hiſpanus, edidit Teſtimonia gravia & antiqua *pro puriſſima Conceptione Beatiſſimæ V. MARIÆ*, ſeu hiſtoriam admirabilem de Fundatione Ordinis Conceptionis puriſſimæ Matris Dei, Librum unum. Impreſſ. Valliſoleti 1618. in 4.

Item: Sancti Patres vindicati à vulgari ſententia, quæ illis in controverſia *de Immaculata Virginis Conceptione* imputari ſolet, Libros duos. Lugduni 16.. in 8. ubi plura ſcitu digna detexit. Et idem: Sancti Anſelmi Opuſcula varia *pro Immaculata Virginis Conceptione*, in libro: SS. PP. vindicati ad finem.

Item, de feſto *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, in Hiſpanijs celebrato à tempore Apoſtolorum, Commentarium unum ad Flavium Dextrum ann. 308. folio 361. Lib. impreſſ. Lugduni 16.. in folio.

Item, in Marci Maximi Epiſcopi Cæſarauguſtani Chronicon, in additionibus, folio 52. addit Hymnum, in quo de *Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impreſſ. Matriti 1651. in folio.

Item, edidit ſingularem Tractatum ſeu Librum ſub hoc titulo: Marial, y imagen *de la limpia Concepcion de nueſtra Señora*, con los epitetos de Maria en varios diſcurſos; con graves teſtimonios de las ſagradas, y prophanas letras, aplicados à todas las feſtividades de la Reyna del cielo; & in altera pagina ſic inquit: Los epitetos deſte primer tomo, ſon los que tratan de luz. Primero: *Eſpejo ſin mancha*. Segundo: Aurora, que ſe levanta. Tercero: Hermoſa como la Luna. Quarto: Eſcogida como el Sol. Quinto: Eſtrella del Mar. Hunc vidi manuſcr. in folio apud R. P. Magiſtrum Thomam Gonzalez, Ordinis Ciſtercienſis Matriti & utinam lucem videat.

FRANCISCUS Blancus, Ordinis Minorum Hiſpanus ac Martyr, divulgavit ac prædicavit in Regno Japonen. myſterium *Immaculatæ Conceptionis Dei Genitricis MARIÆ*. Ita refert Daza, in Tractatu de Conceptione, cap. 6. folio 44.

FRANCISCUS Blancus, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Sermonem *de Immaculata V. Conceptione*; & de hoc myſterio etiam agit in alijs Concionibus, ut refert idem Antonius Daza, c. 6. fol. .. Exiſtimo hunc diſtinctum fuiſſe à præcedenti; ſed cùm neutrum viderim, fides ſit apud Auctorem.

FRANCISCUS Blancus, Archiepiſcopus Compoſtellanus, in Conſtitutionibus Synodalibus illius Eccleſiæ, folio 10. ad finem, ad diem 8. Decembris de diebus feſtivis: *Conceptio Dominæ noſtræ Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. Matriti 1578. in 4.

Item, in Conſtitutionibus Synodalibus Eccleſiæ Malacenſis, de obſervatione feſtorum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Dominæ noſtræ*, &c. Lib. impreſſ. Granatæ 1573. in 4.

FRANCISCUS Blaſco de Lanuza, Monachus Benedictinus, Abbas Sancti Joannis de la Peña Hiſpanus, in libro de Patrocinio Angelorú, cap. 28. par. 3. folio 871. inquit: Muy rezia contienda eſtoy mirando, que ſe empieça con la Muger y la Serpiente; fuerte combate es el que veo diſpuesto; ò que deſtreza es neceſſaria en tan prolixa eſcaramuza? Ya miro en campo à los dos exercitos, yà eſtàn en punto de dar batalla; cadaqual mira por donde embeſtir; veo à la ſagaz muger muy atenta à la cabeça de la ſerpiente, con intentos de quebrantarſela; pero con cautela, *de que piſando, ni la muerda, ni la inficione*, &c. Impreſſ. in S. Joanne de la Peña, apud Joannem Noguès 1652. in folio.

Item

Item: Quòd Beata Virgo MARIA fuerit *abſque peccato originali concepta, & quòd Angeli celebraverunt feſtum Conceptionis ipſius*, in libro de Angelo Cuſtode, par. 1. cap. 49. Impreſſ. Cæſarauguſtæ 1639. in 4.

FRANCISCUS de Blovyn, Advocatus Parlamenti Burdegalenſis Gallus, in libro: La defence de la verité Catholique, folio 147. *Quòd B. Virgo fuit exempta ab omni peccato*; & adducit auctoritatem S. Auguſtini: Excepta itaque Sancta Virgine, &c. Lib. impreſſ. Burdegallæ 1614. in 16.

FRANCISCUS Boil, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Epiſcopus Alguerenſis, in libro: Schola diſcurſuum prædicabilium, diſpoſita per Doctorem Dominum Franciſcum Ignatium de Porres, habet Sermonem *de Immaculata Conceptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*, declamatum in voto ſeu juramento Regni Hiſpaniarum, facto in Monaſterio Franciſcano Conceptionis, anno 1644. Impreſſ. Compluti anno 1645. in 4.

Item, in libro: Camara Angelical de nueſtra Señora del Puche, &c. in Litanijs, folio 89. inquit: *A peccato Adæ ſola præſervata: Per Immaculatam Conceptionem tuam*, &c. Lib. impreſſ. Valentiæ, anno 1631. in 4.

Item, in ſermone de Præſentatione Virginis, fol. 8. inquit: Del ſocorro de MARIA, ſe deve entender ſin violencia, *no ſolo del que ella recibiò de la gracia en ſu Concepcion pura, antes de contraher la culpa*, à diferencia de los demas hijos de Adan, &c. Vide alia ibi. Impreſſ. Matriti 1649. in 4.

FRANCISCUS Bolviti, Clericus Regularis Neapolitanus, edidit in lucem Librum à Reverendiſſimo Patre Antonio Caracciolo elaboratum, de ſacris Eccleſiæ Neapolitanæ monumentis, in quo de tutela *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, circa Eccleſiam Neapolitanam; ut videre eſt in libro impreſſo Neapoli 1645. in fol. cap. 1.

FRANCISCUS Bonæ-Spei, Ordinis Carmelitarum, in Theſibus Theologicis habitis Lovanii die 29. Aprilis, anno 1656. Theſi 18. hæc inquit: *Attamen Dei Virginem Matrem eſſe ſine originali conceptam, non ſolùm ab omnibus defendendum putamus: ſed ipſam ne vel remotum illius contrahendi habuiſſe debitum probabiliter valde defendimus*. Impreſſ. ibidem in 4.

Item, in Theſibus habitis Lovanii die 5. Maii 1659. hæc habet: *Attamen Dei Virginem Matrem eſſe ſine originali conceptam, traditione à S.P.N. Elia ...... Ordinis Decreto ab anno 1306. Carmelitæ defendimus. Defendit D. Thomas, licèt opera ejus ubiq; corrupta ſupponantur; imò ipſam ab originalis contrahendi debito fuiſſe Angelis remotiorem putamus*. Impreſſ. ibidem in 4.

Item, in ſua Theologia Scholaſtica, tom. 4. tract. 2. diſp. 12. de Peccato originali, dub. 5. fol. 219. ſub hoc titulo: *Vtrum D. Virgo ſit in peccato originali concepta?* ubi firmiter & conſtantiſſimè habet reſolutionem pro Immaculata Virginis Conceptione. Ibi etiam adducit Appendicem contra P. Thomam Leonardi, Ordinis Prædicatorum. Et fol. 224. tranſcribit ad litteram Bullam Alexandri VII. ſimulque habet pulchram reflexionem ſupra Bullam. Item, Dubium 6. eſt ſub hoc titulo: *An D. Virgo aliquod originalis contrahendi debitum habuerit?* & poſitis fundamentis utriuſque ſententiæ, ſic reſolvit quæſtionem: *Dico in D. Virgine nullum fuiſſe debitum, etiam remotum, in Adamo peccatum originale contrahendi, imo non pluſquam in Angelis, &c.* Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1662. in fol.

Item, tomo 2. de Incarnatione Verbi, tract. 3. dubio 2. diſp. 1. fol. 173. circa Decreta & ordinem divinorum Decretorum, num. 76. affirmat *Virginem MARIAM fuiſſe præſervatam per gratiam antecedentem omne debitum & originale præviſum; & conſequenter redemptam redemptione præſervativa, non formali, &c.* Vide ibi plura. Lib. impreſſ. Antuerpiæ, anno 1662. in fol.

FRANCISCUS Bordonius, Ordinis Minorum, & tertij Ordinis Generalis Italus, ſcripſit pro titulo *Immaculatæ, debito Conceptioni Beatæ MARIÆ ſemper Virginis*, manuſcriptum Opus inſigne, quod extat apud nos in fol. Utinam videat lucem, nam plura continet ſcitu digna.

FRANCISCUS à Borgia, Gandiæ Dux & Marchio de Lombay, Societatis JESU B. Hiſpanus, in præcipuis ac maximè neceſſarijs Divi Thomæ Aquinatis materijs, in Litaniarum rationem redactis, in 3. parte Litaniæ Incarnationis & Annuntiationis, modo & ordine Conceptionis Chriſti, ac ejus infantiæ, ex quæſtione 47. articulo 1. fol. 28. inquit: *Tu qui MARIAM elegiſti totam pulchram, & maculam non habentem*, miſerere nobis, &c. Lib. impreſſ. Valentiæ 1550. in 8.

Item, in quadam imagine pro ejus honore depicta, extat in altari ipſa Virgo MARIA *myſterium ſuæ Immaculatæ Conceptionis repræſentans*, &c. Impreſſ. Romæ in folio.

FRANCISCUS de Borgia, Ordinis Minorum Hiſpanus, & Commiſſarius Peruanus, in Concluſionibus habitis, anno 1645. Toleti cum pulcherrima imagine *Immaculatæ Conceptionis*, & aliis ſcitu digniſſimis, hanc præcipuam habuit Theſem: *Vtrum pia de immunitate Virginis Deiparæ ab originali ſententia ſit proximè diffinibilis?* Extant impreſſ. in charta expanſa, anno ut ſupra.

FRANCISCUS de Bovadilla, Epiſcopus Coriæ, in Conſtitutionibus Synodalibus illius Eccleſiæ, titulo de Ferijs, folio 23. *Feſtum Conceptionis Virginis MARIÆ Dominæ noſtræ*. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1572. in folio.

FRANCISCUS Bourgeois, Licentiatus Theologus, ſocius Navarrus, ſub M. Petro Guichard, Doctore Theologo, die 20. Octobris, anno 1657. in Regia Navarra pro expectativa ſuſtinuit: *Quòd Virgo MARIA vitas duxit immaculatas, animaq; ejus fuit ita Deo chara, ut eam ab originali ſorde, quæ derivatur in omnes, à primo inſtanti ſuæ Conceptionis illibatam ſervaverit, &c.* In charta expanſa.

FRANCISCUS Bourgineus Pariſinus, Congregationis Oratorij JESU Chriſti Præpoſitus Generalis, in libro: Veritates & ſubtiles excellentiæ Verbi Incarnati JESU Chriſti Domini noſtri, in argumenta Medit. totius anni poſitæ, & in quatuor claſſes diſtributæ; medit. 9. folio 32. pro feſto Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, inquit: *Quòd Virgo MARIA fuit in Conceptione ſua præſervata ab originali peccato, vel quoad debitum contrahendi, vel quoad actum*, &c. Et medit. 4. fol. 14. *Quòd fuit prædeſtinata, ut eius Filius Chriſtus Dominus.* Hoc enim neceſſariam connexionem habet cum præſervatione. Et medit. 6. *Quòd Deus à principio Conceptionis ſuæ ipſam ab omni peccato præſervavit*, &c. Denique in parte 2. ſeu claſſe Meditationum, medit. 6. folio 169. Quòd Virgo MARIA fuit puriſſima, inviolata, intemerata, atque *ab omni labe remotiſſima*. Vide ibi uſque ad fol. 173. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1629. in 8.

FRANCISCUS de Brixia, ſive cognomento dictus Sampſon, Ordinis Minorum Generalis Miniſter, in diſp. coram Sixto IV. Sum. Pontifice habita, magna ingenij dexteritate & eruditionis ubertate, pro pia propugnavit ſententia & contrariorum argumenta diſſolvit; in qua à Pontifice, veri Sampſonis cognomen meruit obtinere: *& pia de immunitate Deiparæ opinio, egregia illa Extravagante:* Cùm præexcelſa, in qua officium *de Immaculata Conceptione laudatur* & approbatur, extra dubitationem poſita fuit. Vide Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 9. adnot. 2. fol. 366. Armament. in Regeſt. col. 546. & alios.

FRANCISCUS Broquetes, Doctor Hiſpanus, ſcripſit Sermonem concionatum die 8. Apr. 1619. in feſto Annuntiationis in Collegio Barchinonen. Societatis JESU *de Immaculata Conceptione MARIÆ ſanctiſsimæ Dominæ noſtræ.* Impreſſ. Barchinonæ 1619. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRANCISCUS de Cabrera Morales, Doctor Hiſpanus, in libro de Eccleſijs Urbis, &c. de Eccleſia S. MARIÆ del Populo, folio 24. de indulgentia *in ſolemnitate Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. anno 1600. in 8.

FRANCISCUS Cachupin, Societatis JESU Hiſpanus, in lib. vitæ Venerabilis P. Ludovici à Ponte, Vallisoletani eiuſdem Societ. lib. 1. cap. 2. folio 11. refert duo miracula, quæ contigerunt circa defenſionem ſententiæ *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Vide ibi. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1652. in 4.

FRANCISCUS de la Calancha, Doctor & Poëta Hiſpanus, in Poëmate ad librum Hippolyti de Olivares, ſcripſit *pro illibata Virginis MARIÆ Conceptione.* Lib. impreſſ. Limæ 1631. in 4. Si iſte fuerit diſtinctus necne ab altero Patre Calancha, Hiſpano Ordinis Sancti Auguſtini, mihi incognitum eſt.

FRANCISCUS Campos, Ordinis Minorum Hiſpanus, in Compendio ſive Indice moralium conceptuum, *pro Immaculata Virginis Conceptione* Indicem extractum ex operibus R. P. Philippi Diez, verb. MARIA, à fol. 154. uſque 158. Salmanticæ 1588. in 4. & Venetijs 1597. in 4.

FRANCISCUS de Canilvilla, Ordinis Minorum Flander, in libro: Fax Seraphica, ſeu Franciſci Seraphici ad Evangelicam perfectionem praxis optima, in Epiſtola ad Franciſcum Fenten Juris utriuſque Licentiatum, & Cathedralis Eccleſiæ S. Martini Canonicum, ſic inquit: Tu cum Franciſco prærogativarum illius præco candidiſſimus: Tu cum communi Theologorum Schola, *Immaculatum Deiparæ Conceptum* firmiter tenes, atque cum Eccleſia feſtivè veneraris, &c. Item infra, flamma 6. fol. 55. ſub hoc titulo: Franciſcus de Matre Domini ſublimiter ſenſit adeò, quòd ſtat *pro omnimoda puritate illius, etiam in Conceptu, &c.* probat S. P. N. Franciſcum adſtruiſſe puritatem Virginis. Lib. impreſſ. Ipris 1645. in 24.

FRANCISCUS Canophilus Sagrenſis, Ordinis Minorum Italus, in ſuo Sermonario Concionum, edidit Sermonem unum *de Immaculata Virginis Dei Matris Conceptione,* ubi ipſam à peccato originali fuiſſe immunem adſtruit. Item, ibidem adducit alterum Sermonem *de immunitate B. Virginis Dei Matris MARIÆ.* Vide ibi.

Item, elaboravit alteram Concionem ſatis egregiam *de neceſſitate adventûs Virginis Dei Matri[s]* [in] mundum, atque etiam de ejus ſanctiſſimo nom[ine] MARIÆ, ubi etiam tangit myſterium de ejus p[u]riſſima Conceptione.

Item, denique adducit alteram Concionem [de] *plenitudine omnium gratiarum Virginis,* & inhabi[ta]tione Chriſti, &c. quæ omnia ſunt expreſſa, [&] concernunt directè ejus immunitatem à pecca[to]. Lib. eſt impreſſ. Venetiis 1551. in 8.

FRANCISCUS Carnicer, Eques Calarit[anus] Sardus, edidit votum publicum & iuramen[tum] in favorem *puriſsimæ Conceptionis* à civitate Cala[ri]tana factum, an. 1632. Martij 7. Lib. impreſſ. Ca[la]rij 1632. in 4.

FRANCISCUS Carolus, in libro dicto: M[a]riægraphia, ſeu de laudibus MARIÆ V. Dialog[o] ad finem dicit: Sunt qui exiſtimant nullum [...] privilegium MARIÆ fuiſſe conceſſum, quàm [...] Chriſti Mater fieret; falluntur hi quidem, ut [...] perſuadeo: nam hoc maximo aliud etiam [...] habetur, quòd videlicet *ſine peccatis inter pecca[tores] ipſa viveret, &c.* Lib. impreſſ. abſque anno & lo[co] impreſſionis in 4. Scimus, quòd originale con[tra]hitur in vita, & ſic ponimus hunc non ut exp[reſ]ſum, ſed ut demus iſtius Auctoris notitiam.

FRANCISCUS Carrier, Ordinis Minor[um] Germanus, in libro: Fidei Catholicæ, ſingula[ri]a dogmata, &c. quæſt. 8. fol. 208. *de Immaculata Con[]ceptione B. Virginis MARIÆ,* latè. Lib. impreſſ. Lug[]duni 1657. in fol.

FRANCISCUS Carthagena, Doctor Hiſ[pa]nus, in libro de Prædeſtinatione & reprobation[e] Angelorum & hominum, in Præfatione, diſcur[ſu] 6. fol. 4. in 3. ſigno, ubi agit de prædeſtination[e] Chriſti Domini, inquit: Quòd autem dixi, in p[arti]culari nullam perſonam fuiſſe decretam à De[o] pro illo ſigno, tanquam membrum illius triu[m]phantis congregationis & collegii, ſic intelligen[]dum eſt, *ut Beatam & Immaculatam Virginem MA[]RIAM Dei Genitricem excipiamus,* quæ piè & ratio[]nabiliter credi poteſt in hoc ſigno debere collo[]cari, tum propter eximiam ejus ſanctitatem, tu[m] etiam, quia cùm Chriſtus ex muliere naſcitur[us] eſſet, conveniens fuit poſt Chriſtum MARIÆ M[a]tri ipſius habere proximè manſionem in intellec[]tu divino, & æterna eius præordinatione. Maria[m] ergo Deus præordinare potuit, vel præordinand[o] ſimul totam ſeriem progenitorum eius, vel etiam ſine ulla præordinatione cauſarum in particular[i], &c. Proſequitur, & in 7. ſigno ponit prævidion[em] primi parentis, ex quibus patet, quòd Virg[o] MARIA fuit prædeſtinata ante prævisionem pecca[]ti Adæ. Lib. impreſſ. Romæ 1587. in 8.

FRANCISCUS Caſtaña, Ordinis Carmelita[]rum, in libro: Flores Carmeli, diſcurſ. 1. *de feſti[]vitate Conceptionis Virginis MARIÆ,* à fol. 1. uſque 42. Lib. impreſſ. Bruxellis 1620. in 8.

FRANCISCUS de Caſtañeda, Ordinis Sancti Auguſtini, in libro Sermonum, *de puriſsima Concep[tio]ne Virginis MARIÆ* Tractatum, à folio 141. uſque 166. Lib. impreſſ. Matriti 1614. in 4.

FRANCISCUS de Caſtelvi, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hiſpanus, in Salmanticenſis Academiæ Gymnaſio publicè Aſſertiones B. Virgini dicatas ſuſtinuit, [in] quibus hęc quaſi prima, pręcipua, ac totalis Con[]cluſio fuit, ſcilicet: *Quòd V. MARIA, Filia Dei Pa[tris], Mater Dei Filij, atque Sponſa Spiritus Sancti, utrumq; Tem[]plum*

*plum Sanctiſſimæ Trinitatis, in gratia fuerit concepta, atque etiam in gloria, &c.* Quam aſſertionem Doctores contrariæ opinionis impedire conati ſunt; ſed irritus planè eorum conatus evaſit. Vide Joan. Antonium Velazquez, lib. 3. de MARIA Immaculatè concepta, diſſert. 2. adnot. 3. fol. 251.

Item, edidit Sermonem ſub hoc titulo: Sermon del *admirable, y recondito myſterio de la Concepcion de Nueſtra Señora, y digna Madre de Dios, concebida como arca de gracia,* y trono de la Divinidad, como reparadora de la amiſtad de Dios, y Reyna de la gloria, &c. Lib. impreſſ. Compluti 1659. in 4.

FRANCISCUS de Caſtilla, Hiſpanus Poëta, ſcripſit ligata oratione ſingularem Tractatum *de præſervatione Virginis MARIÆ à peccato in ſua Conceptione*, in libro dicto: Theorica virtutum ſpiritualium, fol. 69. Impreſſ. Cæſarauguſtæ 1511. in 4. incipit: De ſu limpia Concepcion, &c.

FRANCISCUS del Caſtillo, Poëta Hiſpanus, in libro: De nueſtra Señora de los Remedios, multa dicit pro Immaculata Virginis Conceptione, præcipuè cant. 7. ubi folio 86. inquit:

*Y al tiempo de ir à dar de Adan el fruto*
*El ſiempre agricultor dieſtro ortelano*
*Mudando en gracia ſu fatal conduto*
*El meſmo la preſerva por ſu mano, &c.*

Item, folio 172. agit de eodem myſterio, ac feſtivitate Conceptionis, ſub hoc titulo: Sabado à 9. de Diciembre, *a la pura Concepcion de N. Señora*, con que ſe cumplio el año de mi promeſà, Romanze. Lib. impreſſ. Matriti 1619. in 8.

FRANCISCUS del Caſtillo Velaſco, Ordinis Minorum Hiſpanus, de Incarnatione Verbi divini, *& præſervatione Virginis MARIÆ ab originali*, Tomum unum, ubi in 4. diſput. Comprehendit totam materiam à folio 457. uſque ad 551. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1641. in fol.

FRANCISCUS Cattanus de Diacceto, Epiſcopus Feſulanus Italus, in libro: Vitta dell' immacolata, è glorioſiſſima ſempre Vergine Santa MARIA Madre de Dio, &c. in Sermone de Nativit. Virginis, part. 2. paſſim vocat Virginem MARIAM *Immaculatam, puram ac puriſſimam*, quæ antiqui ſerpentis caput contrivit; ſed præcipuè fol. 16. inquit: *Fù lontana dalla putreffattione di peccati: Quæretur peccatum illius, & non invenietur*, &c. Item, in eodem lib. in Sermone ſeu cap. 5. de Annuntiatione, fol. 39. ad illud: AVE MARIA, inquit: *Ave che tanto importa, quanto ſenza guay, como ella mancava de guay, è maledittione*, à cui ſon ſottopoſti tuti peccatori, iquali raggionevolmente ſon maledetti per multi imperfettioni loro, è eſpecialmente per gli peccati mortali che egli giornalmente commetteno. Lontana *da quelli guay, & maledittioni fù ſempre puriſſima Vergine, ſe como anco eſſenta da tali colpe*, &c. Vide ibi alia quamplura. Lib. impreſſ. Florentiæ, anno 1570. in 4.

FRANCISCUS Cauwe, Ordinis Minorum Flander, in Theſibus Capitularibus Provinciæ S. Joſeph in Flandria, defendit *Virginis Immaculatam Conceptionem, & ejus præſervationem à peccato originali*, die 5. Maij 1656. ut latiùs dicitur verb. Alexius de Lannoy, ejus Præſ. Impreſſ. Ipris, anno 1656. in 4.

FRANCISCUS de Caceres, Ordinis Minorum Hiſpanus, in Summario gratiarum & indulgentiarum Confraternitatis Chordigerorum S. P. N. Franciſci, ad diem 8. Decemb. de Indulgentijs conceſſis *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. Compluti 1585. in 8.

FRANCISCUS Cheli Florentinus, in lib. Primavera di ſacri Fiori, è fruti, fol. 27. vocat animam Virginis MARIÆ *puram ac pulchram*; & fol. 252. ad diem 8. Decembris, de Indulgentijs quæ ſunt Romæ in die Conceptionis & per octavam. Lib. impreſſ. Viterbij 1628. in 12.

FRANCISCUS Cebrinus de Torres, Poëta Hiſpanus, in Carmine pro libro Hippolyti de Olivares: *De Conceptione Virginis MARIÆ abſq; culpa originali, &c.* Lib. impreſſ. Limæ 1631. in 4.

FRANCISCUS Cetena, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Hiſpanus, ſuſtinuit in Concluſionibus *præſervationem Virginis MARIÆ à peccato originali*. Ita Simancas, folio 5.

FRANCISCUS à Chriſto, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Doctor, ac Cathedraticus Conimbricenſis, in Commentarijs in lib. 3. Sententiarum, de Verbo incarnato, Fide, Spe & Charitate, ac donis Spiritus Sancti, diſtinct. 3. quæſt. 1. quærit: *Vtrum B. Virgo fuerit in matris utero ſanctificata?* Concluſio 1. eſt: B. Virgo fuit in matris utero ſanctificata. Concluſio 2. B. Virgo non fuit ſanctificata ante animationem. Concluſio 3. B. Virgo non fuit ſanctificata poſt animationem. Concluſio 4. *B. Virgo fuit ſanctificata in ipſo animationis inſtanti, ita ut eodem inſtanti fuerit concepta & ſancta.* Concluſio 5. *Virgo Beata originale peccatum minimè contraxit, fuitque divinitus exempta à communi lege mortalium ex Adamo concupiſcibiliter & ſeminaliter propagatorum, &c.* Quæ omnia tractat latiſſimè, & reſpondet argumentis Adverſariorum, à fol. 30. uſq; 35. Item, quæſt. 2. *Vtrum B. Virgini in ipſa eius ſanctificatione fuerit tributa gratiæ plenitudo?* ad quam reſpondet affirmativè, & ſolvit argumenta pro parte adverſaria. Impreſſ. Conimbricæ, an. 1586. in fol.

Item, in Prælectionibus ſive enarrationibus admirabilis Divini Verbi Incarnati, lib. 6. de ſacræ Virginis puritate, quæſt. 1. Utrum Virgo Dei Verbi Mater fuerit ab omni labe peccati divinitus præſervata? fol. 182. à tergo, ponit ſequentes Concluſiones. Prima igitur Concluſio indubitata, omniumque, non modò Theologorum, verùm etiam Chriſtianæ fidei & pietatis cultorum conſenſu comprobata, eſt huiuſmodi: *Virgo Beata nulla unquam actualis peccati labe eſt infecta, &c.* quam probat latiſſimè. Secunda Concluſio: *Virgo MARIA in matris utero eſt ſanctificata, &c.* Tertia Concluſio: *B. Virgo non fuit ſanctificata ante animationem.* Quarta Concluſio: *Virgo Beata ſic eſt à Deo ſanctificata, ut vi hujus ſanctificationis ſit plenitudinem gratiæ conſecuta.* Quinta Concluſio: *Beatiſſima Virgo MARIA non ſolùm non peccavit unquam, ſed neque peccare etiam potuit.* Quas Concluſiones format, & probat aliquibus propoſitionibus, videlicet, quòd in priori Virginis ſanctificatione, ea ſcilicet, quæ Filij Dei Incarnationem anteceſſit, manſit in Virgine fomes ſecundùm eſſentiam; ita tamen ligatus & impeditus per gratiam ſanctificantem, ut neque ad malum ipſam impelleret, neque ab honeſto & bono retardaret; & quòd immunitas à peccato in Virgine ante Conceptionem Verbi, ortum habuit ex fomitis religatione ac præpeditione. Item, quòd poſt Filij conceptum, fomes eſt ipſi Virgini ademptus omninò, hoc eſt, quoad eſſentiam. Sexta Concluſio: *Virgo Beata originalis peccati labem minimè contraxit, licèt potuerit contrahere*; quam Concluſionem probat erudi-

tè

tè ſanè, à fol. 187. uſque 193. Lib. impreſſ. Conimbricæ 1564. in fol.

FRANCISCUS de Ciudad Rodrigo, Ordinis Minorum Hiſpanus, edidit Sermonem ſub hoc titulo: *De la Concepcion de nueſtra Señora*, predicado el primer dia de la octava, que los excelentiſſimos Señores Duques del Infantado celebran en ſu Convento de la Piedad de la Ciudad de Guadalaxara. Ubiplura de præſervatione eiuſdem à peccato originali, &c. Impreſſ. Compluti 1651. in 4.

FRANCISCUS de Cleyn, Societatis Jesu Belga, in Theſibus Theologicis habitis Lovanii die 7. Julii, anno 1648. Theſi 31. de Verbi Divini Incarnatione, ſic inquit: *Virgo etſi ab originali macula immunis, verè tamen & propriè fuit redempta.* Impreſſ. ibidem in 4. Item, in Theſibus de Theologia habitis die 13 & 14. Julii 1649. Theſi 33. hæc habet: Decreta eſt Verbi Divini Incarnatio poſt prævisum Adæ peccatum; *ante hoc B. Virgo. Cum his non pugnat ejuſdem Virginis per Chriſti merita immunitas*, etiam à debito peccati originalis. Impreſſ. Lovanii in 4. Item, in Theologia habita die 23. Julij 1652. Theſi 15 de Peccato originali, hæc poſuit: Hoc non obſtante tamen, *& ab illo fuit, & ab illius debito eſſe potuit immunis ex Filij meritis ſanctiſſima ejus Mater.* Impreſſ. Lovanii in 4. Et idem defendit die 1. Julii 1654. & die 12. Julii 1656. & die 26. Julii 1650. & 1651. Item, in Theologia habita Lovanii die 17. Julii 1647. Theſi 15. hæc habet: *Sola Virgo inter puros homines originalis culpæ expers*, in Adamo tamen peccavit. Impreſſ. ibidem in 4.

FRANCISCUS Colin, Societatis Jesu Hiſpanus, in libro vitæ & doctrinæ Patris Alphonſi Rodriguez, ejuſdem Societ. lib. 2. cap. 19. ſub hoc titulo: Concluſion de la obra, en que ſe pone el oficio *de la puriſsima Concepcion de la Virgen nueſtra Señora*, de la manera que le rezava el Venerable Hermano; y ſe haze un breve diſcurſo acerca dèl. Et infra ponit ad litteram officium *de Conceptione Immaculata B. Virginis MARIÆ*, ut habetur in Horis quibuſdam valdè antiquis, à Paulo V. approbatum: quæ omnia extant à folio 212. uſque 220. Lib. impreſſ. Matriti 1652. in 4.

FRANCISCUS Collius, Collegij Ambroſiani Doctor, lib. 4. de Sanguine Chriſti, cap. 2. folio 594. ſic inquit: Quid Deipara Virgo, quæ ſinu, gremioque ſanctiſſimi Servatoris noſtri corpus fovit, nullam, ut piè, religioſeque communis Patrum ac fidelium vox atteſtatur, *ſenſit deficientis ac marceſcentis naturæ labem.... MARIÆ putredinem aliquam non verentur adſcribere?* Profectò ſi extinctam Matris ſuæ naturam ſic moderatus eſt Deus, ut nulla alienis corporibus virtus infeſta, Matri ſuæ aliquod inferret detrimentum; quis importunè corruptionis impetus ad ſacros uſque Salvatoris artus penetrare potuit? Lib. impreſſ. Mediolani 1617. in 4. Nota, hîc 4. verba prætermiſſa eſſe, quæ incuriâ manuenſis inintelligibilia erant.

FRANCISCUS Combefis, Ordinis Prædicatorum natione Gallus, in SS. Patrum Amphilogio; in Orationem in Deiparæ Natalem Andreæ Cretenſis, in notis num. 7. ad illa verba: Iiſque, quæ de tota conſperſione nihil inquinamenti ſenſerunt, in panem formantur, &c. folio 338. inquit: Porrò primitiæ illæ, quas de tota conſperſione ex noſtris his primitiis & MARIA, in panes formatas ait non inquinatas, CHRISTUS JESUS ſunt, panis ille viatorum in ejus utero factus, quem ſolùm Scripturæ phraſi, aliis quoque Patribus receptiſſima, ab omni peccati contagio eximit. Utrum autem etiam MARIA, quanquam privilegio, fuerit exempta, debito tantùm peccati originalis contracto, ut plures multi opinantur; quamdiu Mater Eccleſia non definit, nec ego definio; ſed per omnia Sixti IV. Pii V. Urbani VIII. ac ipſius Tridentini Christiana modeſtiâ decreta ſuſpicio. Quid autem Græci celebrent 9. Decembris, ſub nomine Conceptionis Sanctæ Annæ, Canon Andreæ in eam feſtivitatem editus, nec non Sinaxarium, ac noſtræ in ea notæ clarè docebunt. Item, folio 365. ad Canonem in Conceptione S. Annæ, ſic inquit: Ubique Andreas MARIÆ ſtudioſiſſimus, &c. Conceptio S. Annæ. Sic paſſim Græci in divinis officiis accipiendo τὸ σύλληψις activè, quod noſtri ferè accipiunt paſſivè, ut celebrent MARIÆ primam editionem, planè mirabilem illam, velut de ſterili ac oraculo, eamque quæ Chriſtum eſſet editura, ſeu grande beneficium, ut planè eſt grande, collatum cœlitus Annæ totique adeò humano generi velut in ea ejus prole, conſecratis ipſius redemptionis primordiis. Ut nil ſibi aliud in eo feſto celebrandum aſſumpſerit Eccleſia Græca, ac nec Latina hactenus celebrandum præcipiat, quamdiu ſeveriſſimè in eos animadvertit Sixti IV. Pii V. aliorumque Pontificum Conſtitutionibus, qui alterutram partem erroris inſimulant. Quam utinam Patrum modeſtiam imitati plures ſobriè magis ſapuiſſent nec diras illas Pontificias, ſeu magis ſcandala, quibus tollendis diris ejuſmodi opus fuit, provocaſſent. Malim certè cum pia Matre interim ignorare, ſi in ejus corde occultam privilegii illius doctrinam vel affirmantem, vel negantem humili devotione ſuſcipere, quàm audaciùs aliquid temerè arrogans alienis partibus definire. Eſt hoc feſtum longè Græcis antiquius, quàm Latinis; ſiquidem eo jam olim celebri præſentem Canonem edidit Andreas ille Hieroſolymita Cretenſis Archiepiſcopus, longè Anſelmo antiquior, in cujus tempora referunt feſti illius in Occidente exordia; ut & Bernardus, qui ipſe nonnihil Anſelmo junior fuit, ſeu in re nova ac necdum Eccleſiarum Matre Romana Eccleſia probante, à Lugdun. præſumpta, graviter offenderit: nihil moleſtiùs laturus, ſi quidem legitima auctoritate, & ſufficienti cautione factum fuiſſet arbitratus. Afferent multam lucem, quas habemus in feſtum hoc MARIÆ ſtudioſiſſimi Georgii Nicomedienſis luculentiſſimas tres Orationes, cum alia εἰς τὰ εἰσόδια, & ſolemnem illam ejuſdem in templum ſeu triumpho inductionem, quam noſtri dicunt Præſentationem, &c. Lib. impreſſ. Pariſiis 1644. in folio.

Item, in Additionibus, ſive in novo Auctario ad Bibliothecam veterum Patrum Græco-Latinorum, tomo 2. in notis ad Orationem Georgii Nicomedienſis, cujus titulus eſt: In Oraculum Conceptionis S. MARIÆ, colum. 1223. Ipſe titulus clarè admodum declarat argumentum diei adeò feſti Græcis, cùm ad eos Georgius oraret, ac poſtmodum Latinis, apud quos ea ſolemnitas tardiùs inducta eſt. Celebrabant ergo Græci, ac etiam nunc celebrant, titulo Conceptionis vel S. Annæ, ut ſæpiùs loquuntur, & ſacri eorum libri inſcriptum habent; vel Sanctæ MARIÆ, ac Deiparæ, ut eſt hujus Orationis titulo, quam ſcripſi ex antiquo ſatis membranaceo Regio codice; miraculoſam,

ac ex oraculo primam MARIÆ Nativitatem; nec præterea aliud quidquam, quod etiam ex Andreæ Cretenſis, Germani Conſt. Damaſceni, &c. Orationibus in Nativitatem MARIÆ, & quibus utrumq; ejus ortum perſtringunt, palam eſt. Putem ego uti cœpta eſt ſecunda MARIÆ Nativitas, ac ex utero, feſtis coli honoribus ad inſtar ac exemplo olim celebris diei Natalis Sancti Joannis Baptiſtæ ac Præcurſoris, cùm necdum Auguſtini tempore ea MARIÆ feſtivitas ageretur ſaltem in Occidente aut Africa, ut liquet ex ejus Serm. 20. de Sanctis: ita & primam ejuſdem Nativitatem, ac in utero, quam vulgò Conceptionem vocant, primò celebratam eſſe ad inſtar ac exemplo pridem celebris Græcæ pariter ac Latinæ Eccleſiæ tabulis, Conceptionis ac primæ Nativitatis ejuſdem S. Joannis: ut ne quid minùs Domini Mater à ſervo ac Præcurſore habere videretur. Nimirum illuſtriori utroque Joannis ortu, quòd divinis ipſis proditus haberetur oraculis, quàm MARIÆ, cujus ortûs hiſtoria obſcuriori traditione in poſteros derivata eſſet, nec aliis libris conſignata haberetur, quàm hagiographis ſeu potius apocryphis. Ut ergo in Joanne primus ortus divino miraculo ac oraculo, Chriſti in carne ortui prævius, ejuſque index juſtè meruit, ſeu ſingulare Dei in homines beneficium, ac quædam inſtaurationis humanæ inchoatio, feſtâ per annum memoriâ ab Eccleſia recoli; ſic certè, ac juſtiori titulo potuit primi MARIÆ ortûs dies annua conſecrari, quo Mater majori quàm Præcurſor neceſſitudine habet ad Filium. Latinos moneri oportuit cœlitus, ut MARIÆ utero conceptæ diem celebrem haberent, monente ipſa Deipara Abbatem quendam Beccenſem Anſelmi ſucceſſorem, cujus potiſſimè adnixu feſtivitas hæc in Anglia primùm, tuncq; Lugduni percrebuit, Bernardo reprobante, revelationemq; ejuſmodi minoris æſtimante, quàm ut eâ debuerit graviſſima Eccleſia Lugdunenſis in eam novitatem induci. Habet Franc. Bibarius in ſuis vindiciis, cùm hiſtoriam illam, tum antiquum diei illius officium, in quibus id ipſum videas, nec planè aliud, quàm quod ſanxit Pius V. ut nimirum feſtis gaudijs recolatur MARIÆ concepta dies, Nativitatis ejuſdem officio, ſola nominum permutatione, ei accommodato: quæ una utriuſque Eccleſiæ ſancta conſpiratio eſt; totumque aliud de præſervatione ab originali aut emundatione ab illo, in certantium opinionibus eſt, in quibus majori ſæpe calore deſudatur, quàm fructu; ut Græcos hac parte, quò ſobrios magis, eò nobis ſapientiores pro mea ipſe inſipientia habeam. Lib. impreſſ. Pariſiis 1648. in folio. Saltem hic non eſt contra Conceptionem. Vide Petrū de Valdeclauſa.

FRANCISCUS de Contamina, Ordinis Minorum Hiſpanus, in quodam reſcripto fatetur *myſterium puriſſimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut videre eſt in lib. impreſſ. à R. P. F. Thoma Frances de Urrutigoyti, parte 1. in principio. Cæſaraguſtæ 1653. in 4.

FRANCISCUS de Corigliano, Ordinis Minorum Italus, *de puriſſima Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* Horam ſecundam, latè à fol. 53. uſque 79. in libro dicto: Horologium ſpirituale. Impreſſ. Romæ 1625.

Item, in libro Exercitiorum ſpiritualium, & Novus modus pro ſalutanda Virgine MARIA, ſeu Meditationes de felicitate Matris Dei, fol. 24. ad illud: Ave MARIA, gratiâ plena, numero 1. de Anima MARIÆ, & ſua felicitate: *Quòd ab inſtanti Conceptionis fuit anima Virginis MARIÆ plena omni gratiâ*, &c. Impreſſ. Italicè Venetijs 1621. in 12. cum alio Horologio Paſſionis Chriſti.

FRANCISCUS de Coris, Eques Mediolanenſis Italus, dum febri ethica corriperetur, & cum quodam Regulari aliter ſentiente *de Immaculato Virginis Conceptu*, haberet altercando ſermonem, dixit ægrotus Regulari: Rogo Deum, ut faciat judicium inter me & te; moxque ægrotus ſanus factus eſt, & Regularis ſtatim febri ethica laboravit, &c. Ita Chriſtoph. de Vega, in Theologia Mariana, Paleſt. 3. cert. 16. Guerrerus, & alij.

FRANCISCUS del Corral, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Hiſpanus, in Sermone de S. Anna, in ſalutatione, inquit: En Ana campo fertil, que encerrò el teſoro de nueſtro remedio, y con èl dio las mejoras de los dos tiempos al Mundo, *pues concibiò, que es lo antiguo; pero pariò vna Hija ſin mancha de pecado, que es lo moderno*; efecto ſolo de Ana, &c. Vide alia plura de ejus Immaculata Conceptione in eodem ſermone, §. 4. Matriti 1641. in 4.

FRANCISCUS Corteſius de Montefalco, Ordinis Minorum Italus: *Quòd Sanctiſſima Virgo MARIA habuit gratiam æquivalentem juſtitiæ originali*; imò majoris valoris, per quam fuit *liberata à peccato originali*, lect. 4. ſuper illud: Dominus tecum.

Item: *Quòd Virgo MARIA fuit exempta ac libera à peccato originali*, lect. 2. ſuper illud: Ave MARIA, latiſſimè, folio 44. in libro dicto: Giglio Angelico, eſpoſto con alti ſenſi in ſette lettioni, nei ſette Sabati di Quareſima, &c. Impr. Venetijs 1618. in 4.

FRANCISCUS Coſterus, Societatis JESU, in libro Meditationum de univerſali hiſtoria Dominicæ Paſſionis, medit. 6. de Salutatione Angelica, de vita & laudibus Deiparæ MARIÆ Virginis, medit. 1. *De Conceptione B. Virginis*, ubi ejus immunitatem à peccato originali adſtruit, à fol. 49. uſque 55. & in alijs impreſſionibus, folio 92. Impreſſ. Venetijs 1588. in 12. Matriti 1591. in 16. & in Litania, folio 249. inquit: *Per ſalutarem Conceptionem tuam*, &c.

Item, in libro de Laudibus Deiparæ MARIÆ Virginis, Meditationes quinquaginta, folio 13. medit. 1. *de Conceptione Beatæ Virginis, & de his quæ Conceptionem præceſſerunt*, ubi apprimè defendit ejus præſervationem à peccato originali uſque ad fol. 19. Coloniæ Agrippinæ 1610. in 12. & Gallicè Pariſijs 1613.

Item, in Mirothecio, id eſt, Conclavi devotarum precum ac meditationum totius anni, Belgico idiomate edito, Interprete verò P. Theodoro Petreio Carthuſiano, fol. 179. *de feſto Conceptionis glorioſæ Virginis MARIÆ* Meditationem latam & devotam. Lib. impreſſ. Moguntiæ 1621. in 16.

Item, in Virgine non fuiſſe paſſiones, quæ ex ventre originem trahunt; ſed quòd à Deo inſtar primorum parentum Adami & Evæ procreata, habuerit omnes vitiorum inclinationes rectæ rationi ſubiectas, ita *quòd nec originalis, nec actualis peccati labe, ſive mortiferum illud fuerit, ſive non, unquam fuerit contaminata*; quod latè proſequitur in 3. parte, concione 3. fol. 342. impreſſionis Colonien. anni 1613. in 8. regali.

Item, in Enchiridione controverſiarum, tractatu de Peccato originali, *excipit Virginem* ab illa univerſali regula: Omnes naſcimur filij iræ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item, de Meditationibus in Hymnum Ave maris Stella, folio 32. vocat Virginem MARIAM *ſemper vacuam, ab omni peccato alieniſſimam, quæ nunquam ab ulla macula aut nævo vel leviter aſperſa fuit, &c.* Lib. impreſſ. Lugduni 1593. in 12. cum imagine Immaculatæ Conceptionis, & Antuerpiæ 1589.

Item, in Expoſitione Epiſtolarum Sancti Pauli Flandricè, in Epiſtol. ad Romanos, capite 3. folio 490. *Quòd B. Virgo MARIA fuit immunis à peccato originali.* Idem adſtruit infra in Epiſtol. ad Corinth. cap. 5. fol. 635. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1614. in folio.

Item, in Apologia pro 1. parte ſui Enchiridij contra Franciſcum Gomaram Calviniſtam, parte fol. 215. ad hanc Hæretici objectionem: Objicitur contra tertium de ſancta Chriſti Conceptione articulum, non ſolùm Pontificios MARIÆ Virginis Conceptioni ſanctitatem attribuere; ſed eam quoque multò maiori ſacrilegio à Romana Eccleſia peculiari feſto obſignatam, &c. Reſpondit Coſterus: Quid contra *ſanctam Chriſti Conceptionem faciunt, qui eius Sanctiſſimam Matrem ſine peccato conceptam eſſe arbitrantur?* An obeſt ſanctæ Chriſti Nativitati, quòd Joannes Baptiſta in matris ſuæ utero Spiritu Sancto repletus ſine peccato naſcitur? Vides Antimariane, quòd Angelos omnes inveſtigas, ut in Chriſti Matre invenias aliquid. Conceptam B. Virginem ſine peccato, nemo Chriſtianus fide credit, neque aliter ſentientem damnat; opinatur tantùm ſicut in liberis quæſtionibus licet. Feſtum Conceptionis celebrant utrique, & nos *qui eam Immaculatam tuemur*, & qui aliam opinionem tenent; nos propter ſanctam Conceptionem, illi propter ſanctificationem ſtatim à Conceptione. Neque Latina tantùm Eccleſia feſtū ante quingentos annos aliquibus ſaltem in Provincijs, ut Angliæ & Galliæ, celebravit; ſed Græci quoque, ut ex Balſamone patet, & Gregorio Nicomedienſi Epiſcopo, qui de eadem ſolemnitate Sermonem habuit. Quale eſt hic ſacrilegium, ſacrilege & in Chriſti Matrem impie, &c. Impreſſ. Lugduni 1604. in 12. & in Hiſpanico tranſlato à Ludovico Ferrer ejuſdem Societatis, à fol. 1. uſque 48. Impreſſ. Barchinone, anno 1608. in 8.

FRANCISCUS Creſpi de Borja, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, & Epiſcopus Vicenſis in Catalonia, ſcripſit ad Summum Pontificem litteram ſequentem: Poſt humillima Beatorum pedum oſcula, quæ hinc humi procumbens ſemel atque iterum libenter repeto, unum animo duxi veſtræ Sanctitati proponere; quòd ſi optata complevero, non parum me fidelium inenarrabili devotioni, Virginiſque cultui profeciſſe exiſtimabo. Continuata & antiqua Summorum Pontificum erga *Beatæ Virginis Immaculatum Conceptum* pietas, aſſiduuſque favor, cordibus fidelium inſertam devotionem innatumque ſtudium ad idem myſterium totis viſceribus amplectendum venerandumque, mirum in modum creſcere fecerunt, mirabiliter auxerunt. Omitto, Beatiſ. Pater, ne tædiosè protrahatur calamus, Prædeceſſorum veſtrorū nunquam confracta ſeries, quæ à temporibus Sixti IV. uſq; ad hæc, tuo gubernio, feliciſſima tempora ſemper contexta eſt, quorum omnes quaſi contentiosè & æmulante ſtudio priorum ſuorum favorabilibus diplomatibus favores addidêre. Tandem Sanctitas veſtra Anteceſſorum imbibens pietatem effudit affluenter gratiam, nodumque quo multi arctabantur diſſolvit, dum titulum *Immaculatæ, Concepti[onis] MARIÆ decrevit* apponendum. Tanto nuntio Regis noſtri Philippi IV. inenarrabilis affectus erg[a] *Marianam Conceptionem* fortiùs exarſit, vehemen[ter] incanduit, totiuſque hominis ad hoc unum fi[r]mandum applicuit animum, vires addixit ut Im[]maculati ortûs veritas, Petri irrefragabili firma[re]tur teſtimonio, Regiis litteris omnibus Regnoru[m] ſuorum injunxit, Epiſtolis ut hoc à Sede Apoſto[]lica inſtanter efflagitarent. Facio, Sanctiſſime Pa[]ter, & libenter obſequor voto meo, Regiæq; ob[]temperans juſſioni, enixèque oro Celſitudine[m] veſtram, ut è theſauris fidei latentem verita[tem] veteranam, noviter & infallibiliter nobis & u[ni]Eccleſiæ credendam proferat, amplectendam p[ro]ponat. Clamat hoc unum totius Chriſtian[æ] Religio, Romani Pontifices ſtraverunt viam, p[a]raverunt aditum, Sancti Patres fundamenta [ja]cêre, Doctores Scholaſticis ſuis firmant ſcrip[tis], Univerſitates jurejurando amplectuntur, Reg[es ar]denter exoptant, clamant populi, omneſq; un[a] bucca *Virginis animationem Immaculatam* [...] *puriſſimam* profitentur. Tandem, Beatiſſime Pa[ter], Religio mea Dominicana (cujus inſtituto q[ua]drageſimus hic eſt annus meæ addictionis) qu[æ] verbo, calamo, ſtudio indefeſſa profitetur, [...]mabunda irrequietaque ſollicitudine firm[...] idem exorat. Adſit, adſit Sanctiſſime Pater, [...] veſtrum, adſit ſoliditatis Apoſtolicæ firmiſſima [...] ſemper vincens ſententia; audiant gentes [...] tuo aureo bonum nuntium, firmetur tuis [...]ris *Immaculata Virginis Conceptio*, teque totus o[rbis] profiteatur *Virginei ortûs ſervatorem, puritatis [...]rem, Marianumq; propugnatorem.* Vivas in ævum [fe]liciter Eccleſiæ columen, Petra fidei, orbis Pa[...] Datum in hac veſtra Eccleſia Vicenſi, quinto [...] Julii 1616. Fr. Franciſcus Epiſc. Vicenſ. N[...] quòd in principio ſenſus non cohæreat.

FRANCISCUS Creſpo Benedictinus, Abb[as] Montis-Serrati, ſcripſit Librum, ſub hoc titul[o]: Tribunal Thomiſticum *de Immaculato Deiparæ Con[]ceptu, candidum ius ore Angelico dicens, doctrinam [An]gelicam cum Virginis albeſcente origine pulchra pace [con]cilians*, adhortat. pro ipſius cauſa inferens [...] preces Regi Catholico, pro ejuſdem diffi[ni]bilitate, &c. Lib. impreſſ. Barchinone 1647. in 4.

Item, ſcripſit Hiſpanicè: Memorial juſto y p[ia]doſo à la S. C. Real Mageſtad del Rey nue[ſtro] Señor Phelipe el Grande, Quarto en el nomb[re], Primero en la Religion, y piedad; Capitan Ge[ne]ral en la Compañia univerſal de la Igleſia Mi[li]tante de los exercitos ſiempre invencibles *de MA[]RIA puriſſima concebida en el primer inſtante de ſu [for]macion, ſin ſombra de culpa*, en la meſma cauſa [y de]fenſa de ſu luciente origen, &c. Lib. impreſſ. [i]dem in eodem.

FRANCISCUS Cronein, Theologus In[...] in libro dicto: Examen Theologicum [...] meritum Beatæ MARIÆ, quo ſibi meruit ma[ter]nitatem & privilegia, hanc habet quæſtion[em]: *An Virgo meruerit etiam ſibi de congruo exemptio[nem à] debito peccati originalis?* à folio 79. uſque 112. Lib. impreſſ. Neapoli 1648. in 4.

FRANCISCUS à Cruce, Ordinis Prædicato[]rum Hiſpanus, & Epiſcopus S. Marthæ in Ind[iis], ſcripſit Opuſculum, ſub hoc titulo: *Pro puritate Con[]ceptionis ſacratiſſimæ Dei Genitricis MARIÆ Theolog[ica] demonſtratio, &c.* Lib. impreſſ. Limæ 1653. in 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in quo non ſolùm tuetur præſervationem à peccato originali, ſed etiam negat illi debitum.

FRANCISCUS à Cruce, ſive de la Croix, Societatis Jesu Gallus, in Hortulo Mariano, ſive: Praxis variè colendi B. Virginem MARIAM, folio 9. ait: *Quòd prima gratia collata B. Virgini in ipſo Conceptionis ejus inſtanti*, fuit maior & maxima, quam ullus hominum vel Angelorum unquam accepit, &c. Et folio 170. de Salutatione Angelica: Quòd per illud Ave, Deus Pater confirmavit Virginem MARIAM omnipotentiâ ſuâ, *ut eſſet immunis ab omni Evæ culpa, &c.* Et cap. 13. fol. 297. §. 1. Quòd puritas B. Virginis fuit talis, quòd nulla unquam *vel minima ullius peccati labecula ipſam defœdarit*. Lib. impr. Coloniæ Agrippinæ 1630. in 24. Et cap. 8. de feſtis B. Virginis, agit de feſto & officio *Immaculatæ Conceptionis, &c.* Impreſſ. Duaci, an. 1622. in 16. & in principio adducit imaginem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.

Item, in libro: Solſequium hortuli Mariani, c. 12. fol. 102. Idea puritatis Sanctiſſimæ Virginis, ſic ait: *Quanta fuerit puritas B. Virginis, quam nulla unquam vel minima ullius peccati labecula defœdavit*, uno verbo ſatis exprimit Baſilius, &c. Item, cap. 13. folio 112. *per Immaculatam Conceptionem tuam*, libera nos glorioſa Virgo; quam Oratiunculam Doctor Avila, celeber in Hiſpania Concionator, plurimùm valere dicit contra impura phantaſmata. Pariſiis 1633. in 16.

FRANCISCUS Cuenca de Arjona, Poëta Hiſpanus, in Poëmate ad D. Philippum de Taſſis, Epiſcopum Palentiæ, ita cecinit:

*En ſu vega opima y ancha*
*Y del lobo eſta aſſegura*
*La Concepcion limpia y pura*
*De una cordera ſin mancha, &c.*

Extat in libro Alphon. Ferriol in principio.

FRANCISCUS de Cuenca, Doctor ac Poëta Hiſpanus, edidit Epigramma *pro Immaculata Conceptione Dei Genitricis MARIÆ*. Impr. Baëzæ 1618. in 4.

FRANCISCUS Cueva de Sylva, Juriſconſultus Hiſpanus, edidit Librum ſeu Opuſculum, ſub hoc titulo: Informatio in jure divino atq; humano *pro puriſſima Conceptione ſupremæ Virginis Dominæ noſtræ*. Lib. impreſſ. Matriti 1625. in folio.

FRANCISCUS de C. V. M. Ordinis Minorum Flander, in lib. Cynoſura ſalutis, ſive Patrocinii B. V. MARIÆ obtinendi praxes optimæ, ratione 8. fol. 211. Sic inquit: Gaude benedicta MARIA, quia ſicut *à væ labis omnis peccati anima tua immunis fuit*; ſic & caro tua virginea ſepulturæ tradita à væ communis corruptionis, &c. Item, ratione 14. fol. 284. in Corona gloriæ ex floſculis ſacræ Scripturæ, &c. confecta: Inter omnes præelecta. *Sancta MARIA ſine peccato concepta. Speculum ſine macula. Lilium inter ſpinas, &c. Per Immaculatam Conceptionem tuam, &c.* Lib. impreſ. Ipris 1644. in 16.

FRANCISCUS Daix, Societatis JESU, *ut feſtum Conceptionis B. Virginis* in templo Jeſuitarum auguſtiùs coleretur, pro eo quadraginta horarum Indulgentias impetravit. Ita Joannes Nadaſi in ſuis Annalibus Marianis, num. 1371. fol. 69.

FRANCISCUS Davenportus, vulgò à S. Clara, Ordinis Minorum Anglus, in libro: Stemma fidei, ſeu Tractatus de conſilio univerſali, &c. Ad finem adducit Opuſculum ſub hoc titulo: De diffinibilitate controverſiæ *Immaculatæ Conceptionis Dei Genitricis*, &c. Lib. impreſſ. Duaci 1651. in 4.

FRANCISCUS Delgado, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Sermonem *de Conceptione Immaculata Dominæ noſtræ Virginis MARIÆ*, & extat impr. cum alijs Granatæ, anno 1651. in 4. à fol. 324.

FRANCISCUS Delgado, Ordinis Prædicatorum, citatur pro ſententia *præſervationis Virginis à peccato originali*; ut videre eſt apud Piſtoiam, Corona 2. cap. 5. fol. 125.

FRANCISCUS Didacus Aynſa & Iriarte Hiſpanus, in libro de Fundatione & excellentijs Civitatis Oſcæ, libro 4. cap. 25. fol. 577. inquit: En el Convento de S. Franciſco ſe celebra cón ſolemnidad ſu fieſta, à la qual ſolia baxar el Cabildo y los demas Santos de la Orden, y los ſegundos Domingos del mes con proceſſion del Cordon, y en eſpecial *la fieſta de la Concepcion de la ſoberana Reyna de los Angeles*, la qual por eſpecial privilegio, y conceſſion mandaron guardar, ſo graviſſimas penas, los Reyes de Aragon Don Martin, y ſu Hermano; cuya data es à 17. de Enero de 1398. como lo refiere Fray Franciſco Gonzaga, y dize eſtar el privilegio en poder de un Notario de eſta Ciudad, y no dize quien ſea. A la celebracion de eſta fieſta acudia tambien el Clero de la Catedral, y Parrochias en proceſſion, y ſequito con otras, el año de 1598. He hallado por memoria en el Archivo de eſte Convento, que el año de 1450. el Cabildo, y Ciudad votaron de no dar lugar à que ſe vendieſſen carnes, ni algun genero de caza *la vigilia de la Concepcion, con lo qual fue Dios ſervido, que el dia de la Concepcion de aquel año ceſſo la peſtilencia*, de la qual no muriò perſona de alli adelante, &c. Lib. impreſſ. Oſcæ 1619. in fol.

FRANCISCUS Didacus de Sayas, Poëta Hiſpanus, ſcripſit *Gloſſam pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, & eſt cum aliis impreſſ. in lib. de Concept. Sanct. Zapatæ, folio 134.

FRANCISCUS Eſcudero, Societatis JESU Hiſpanus, in vita Sancti Juliani Epiſcopi Concheniſis, cap. 4. folio 45. *Quòd Virgo MARIA puriſſima non viſitat homines vitijs ac peccatis & immunditijs irretitos, &c.* Lib. impreſſ. Conchæ 1595. in 8.

FRANCISCUS de Eſpinoſa, Ordinis Carmelitarum Hiſpanus, ſcripſit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione*. Impreſſ. Hiſpali 1516. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. An Sermo iſte fuerit diverſus à Tractatu de Conceptione citato à Caſanate, Leone, Marraccio, fol. 440. & alijs, ſcire non potui, niſi jam ſit, quòd ſcripſerit utrumque.

FRANCISCUS de la Faleure, Societatis JESU Belga, habuit Concionem apud PP. Prædicatores Bruxellenſes *de Immaculata Conceptione B. Virginis*, die 9. Decembris, anno 1658. contra quem ſcripſerunt Patres Dominicani, ut dicitur in lib. Series eorum, quæ in ſuggeſtu dicta ſunt à Concionatoribus, &c. quem vidi manuſc. apud R. P. Philippum Lyntermans in Conventu Bruxellenſi.

FRANCISCUS Faneſtris, Ordinis Minorum Italus, dum aliquando attentiùs in Eccleſia oraſſet *in ipſa Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis ſolemnitate*, Immaculatam Virginem maximam ex ſe cœleſtium odorum fragrantiam effundentem, è cœlo delabi cóſpexit; *eamque in primo ſuæ Conceptionis articulo, ab omni prorſus originalis peccati labe Dei gratiâ immunem fuiſſe docetur*; cujus rei teſtimonium erat hæc ſuaviſſima odorum fragrantia. In tabula Emmanuelis à Wehrnrum impreſſ. 1640. Vocatur Pacificus.

FRANCISCUS Farvacques, Ordinis Eremitarum ſanct. Auguſtini ſacræ Theologiæ Doctor & Profeſſor, in Theologia magni Patris Auguſtini eo Præſide habita, ſuſtinuit hanc Concluſionem die 13. Maij 1658. *Diva Virgo non contraxit originale*. Lib. de Nat. & Grat. cap. 36. Impreſſ. Lovanii eodem anno in 4.

FRANCISCUS Faſſanus, Canonicus Regularis Italus, in libro de Reformatione Chriſtiani, parte 1. lib. 2. ad illa verba: Germinet terra herbam virentem, cap. 19. Quomodò *MARIA Virgo in ſua Conceptione fuit terra fœcunda*, &c. tractat latiſſimè per totum Caput de Præſervatione Beatæ Virginis à peccato originali, ac ejus immunitate & prędeſtinatione; & quòd fuerit tota pulchra, & Immaculata, &c. à fol. 243. uſque 250. Et libro 3. cap. 17. de Devotione erga Virginem MARIAM, ac ejus protectione, folio 355. Quòd Virginis Sanctiſſimæ *Conceptio* ac Nativitas fuerunt montes in vertice montium, & quòd *Virgo MARIA fuit impeccabilis, & libera ab omni contagione peccati tam originalis*, quàm actualis, &c. Vide ibi uſque ad folium 376. Impreſſ. Neapoli 1621. in 4. & 1618. in 4. & par. 2. lib. 1. cap. 23. folio 169. & parte 2. lib. 7. cap. 19. folio 211. Impreſſ. Neapoli, anno 1623.

FRANCISCUS Faunus de Canthiano, Ordinis Minorũ Italus, in lib. Monile, ò Corona di quindici roſe, &c. agit *de Immaculata Virginis Conceptione, ejus puritate ac munditiâ* paſſim, præcipuè diſcurſ. 1. folio 15. & folio 40. & diſcurſ. 14. folio 285. & folio 334. ac tandem folio 337. inquit: La Luna è emula del Sole; è voi, ò Madre Santiſſima, contraſte di purità, con qual ſi voglia ſpiritu immacolato è vincere, è ſuperare la purità di piu ſupremi Seraphini del Paradiſo. *Ancor voi dalla Concettion voſtra ſino alla Concettion del voſtro dulciſſimo Figlivolo creſcei da virtù in virtù*, &c. Impreſſ. Venerijs 1626. in 4.

FRANCISCUS Felix de Canales, Ordinis Servorum Beatæ MARIÆ Hiſpanus, in libro dicto Hiſpanicè: Iſraël libertada y explicacion litteral del Pſalmo 115. *De Indulgentijs conceſſis Fratribus ſuæ Religionis in feſtivitatibus Beatæ Virginis MARIÆ, videlicet Conceptionis*, Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis, Viſitationis & Aſſumptionis, ab Alexandro III. Indulgentiam plenariam, & remiſſionem ab omnibus peccatis. Item, viſitantibus Eccleſias prædicti Ordinis in feſtivitatibus Dominæ noſtræ, videlicet Aſſumptionis, Nativitatis, *Conceptionis*, Viſitationis, Præſentationis & Annuntiationis, à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis conceſſit Sixtus IV. Indulgentiam plenariam, Honorius IV. quadraginta annos, Nicolaus V. 80. quadragenas, Leo IV. ſeptem annos & 12. quadragenas, Bonifacius IV. 40. annos, Innocentius VII. 40. mille annos, Innocentius VIII. tres annos & 10. quadragenas, Gregorius IX. 800. annos & 80. quadragenas Indulgentiarum. Sic in Prologo ad Lectorem. Lib. impreſſ. Barchinone, anno 1612. in 8.

FRANCISCUS Felix, Ordinis Minorum Hiſpanus, in poſteriori parte Tentativæ Complutenſis, in Tractatu de Peccato originali, cap. 11. diffic. 2. *Vtrum Beata Virgo contraxerit originale?* Dubium unum. Item, ibidem: *Vtrum pia opinio ſit ultimò ad diffinitionem expedita?* Et infra: *Vtrum B. Virgo habuerit debitum contrahendi originale?* Quæ omnia reperies à folio 527. uſque 554. in lib. impreſſ. Compluti 1645. in 4. Vide indicem tomi poſterioris verb. MARIA.

Item, Sermone de Mandato, ac Sanctiſſimo Sacramento, Alexandrię ſtatûs Mediolanenſis d... mato, anno 1620. in Epiſtola dedicatoria ... nuncupatoria *laudat Immaculatam Conceptionem Virginis, &c.* Lib. impreſſ. Mediolani 1620. in 4.

FRANCISCUS Feltrenſis, Ordinis Min... correxit Breviarium Romanum, anno 151... quo folio 256. *eſt officium Conceptionis V. MA...* Impreſſ. Venetiis 1518. in 4. magno. Vide ... Euſeb. Nieremberg. folio 50.

FRANCISCUS Fernandez Galvan Hiſp... ſcripſit Sermones pro *myſterio Immaculatæ Con... nis Virginis MARIÆ*, ut refert Hippolyt. Mar... Catalogo, ad annum 1613.

FRANCISCUS Fernandez de Peralta, ... Hiſpanus, ſcripſit Cantiones & Gloſſas pro *im... tate Virginis à peccato originali*, & ſunt apud ... Zapata, de Concept. fol. 125. & fol. 104. & ...

FRANCISCUS Ferrer, Ordinis Prædica... Hiſpanus, ſcripſit *pro Immaculata Virginis MA... Conceptione*; ut refert Andreas de Peruzzinis, ... nalyſi Immaculatæ Conceptionis, artic. 2. ... Quis fuerit autem hic Auctor, invenire haud p...

FRANCISCUS Fevardentius, Ordinis ... norum Doctor Theologus Pariſien. Gallus, de ... ſtivitatibus V. Deiparæ ſacratis, & prim... *puræ & ſanctæ Conceptionis feſto*, in lib. ſuper ... Impreſſ. Pariſijs 1582. & 1585. in 8. & Colon... no 1594. & 1595. in 8.

Item, loca adſtruentia Beatam Virginem ... *& non fuiſſe conceptam in peccato originali*, in Gl... ordinaria, ad cap. 5. Epiſtolæ ad Romanos, ... Impreſſ. Pariſienſ. & in omnibus alijs ſubſeq... bus Duacena & Antuerpienſi, 1634.

Item, Virginem MARIAM ſpeciali gratia ... præventam, *ſine peccato originali conceptam, ... fuiſſe*, ac proinde ſanctam & fœlicem ejus Conceptionem & Nativitatem celebrari oporte... &c. caput unum latiſſimum, in libro 10. de Sanct... cœleſtibus, in ordine 2. in Theomachia Calvi... ſtica. Impreſſ. Pariſijs 1604. folio 357.

Item, quòd, fœliciſſima *Virgo miſeriam ... peccati originalis*, quoniam tota pulchra eſt ... corpore & anima, & macula nunquam ... in ea, quia fuit lilium inter ſpinas, &c. in Hom... 16. tempore Adventûs, ſuper illud: Ave gratia plena, folio 118. Impreſſ. Pariſijs 1605. in 8.

Item, in Orthodoxa, gravique cenſura antiquiſſimi, ſanctiſſimique Patris Ephrem Syri, de pr... puis Fidei Chriſtianæ capitibus hoc ſæculo con... troverſis, &c. *Quòd Beata Virgo MARIA ab omni pec... cato pura ſemper & Immaculata fuit*; ideoque ſpes ... ſtra poſt Deum, cap. 17. Lib. impreſſ. cum Expoſitione ſive hiſtoria Job, Pariſijs 1606. in 8.

Item, cùm anno 1575. Lutetiæ Pariſiorum ... quemdam minùs prudenter magnum fuiſſet ... verſùs Immaculatam Conceptionem Beatiſſ... Virginis MARIÆ excitatum diſſidium, *pro ... Virginis immunitate* multùm elaboravit, ut videre ... apud ipſum in notis ad Sanctum Irenæum, lib. ... cap. 33. folio 304. ibidemque plures conge... antiquorum Patrum Græcorum, quàm Latinorum auctoritates & dicta, & extant à folio 302. ... ad eundem Irenæum, lib. 5. cap. 19. ali... adducit pro Virgine MARIA, vocando ipſam *Im... maculatam*, & alia hujuſmodi. Vide ibi, folio 4... Lib. impreſſ. Lutetiæ 1539. in folio.

Item

Item, in Dialogis, in quibus ducenti Calvinianorum graviſſimi errores perſpicuè refelluntur, Dialogo 4. de Filio Dei incarnato, fol. 290. vocat *Virginem MARIAM portam Orientalem, ſemper clauſam & lucidam*, &c. & alia hujuſmodi. Lib. impreſſ. Coloniæ, 1594. in 8. Quæ verba reſpicere videntur ejus immunitatem; nam ſi ſemper fuit clauſa quoad virginitatem, ſemper etiam fuit lucida nullam unquam habens umbram peccati originalis.

Item, in Expoſitione libri Ruth, cap. 4. de Myſtica illius explanatione, folio 308. à tergo, vocat *Virginem MARIAM portam clauſam & ſemper intactam, quæ clauſa fuit in æternum*, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1582. in 8. Quæ verba ſic intelligi debent, quòd ſicut Virgo MARIA fuit porta clauſa in æternum quoad virginitatem; ſic etiam fuit intacta quoad puritatem in anima.

Item, dicitur quòd ſcripſerit Homilias *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Hippol. Marrac. in Catal. anno 1579.

FRANCISCUS de Figueroa, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in libro: Tratado breve del dulciſſimo nombre de MARIA, repartido en cinquenta diſcurſos; dirigido à la ſiempre Virgen Emperatriz de los cielos, y Madre de Dios MARIA divina, diſcurſu 4. ſub hoc titulo: De las enemiſtades, que tiene el demonio con MARIA ſantiſſima, &c. agit latiſſimè, quomodo Virgo contrivit caput ſerpentis. Vide ibi plura, ſed pręcipuè fol. 25. num. marg. 29. ubi inquit: No es poſſible que viniese un ſolo Angel, ſino que en ſu compañia baxarian, y como à racimos ſe dexarian caer por los aires à caſa tan dichoſa de matrona tan deſeada, y eſclarecida; *y ſi eſto conſideramos en ſu Concepcion, que ſeria en ſu nacimiento*, &c. Fuerunt igitur Angeli in Conceptione MARIÆ, ſicut in ejus Nativitate; ſed in Nativitate quare? quia in gratia nata; igitur & in Conceptione, quia in gratia concepta. Pro hoc myſterio faciunt, quæ Auctor dicit num. 132. & num. 256 & 416. Vide ibi. Impreſſ. Limę 1642. in 4.

FRANCISCUS Floramontis, Poëta Italus, in lib. Idillium de Nativitate V. Dei Matris, inquit:

*De Anna infœcunda nos uſciva all' aura,*
*E con doppio Natale*
*Prima diva che dona*
*Generata nel ciel da Padre eterno,*
*Non naſceva quaggici d'antiqua Madre,*
*Senza, ſi nobil pondo*
*Foramen bello il mundo.*

Lib. impreſſ. Peruſiæ 1647. in 12.

FRANCISCUS Forcirus, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, ſcripſit *pro Immaculata V. MARIÆ Conceptione*, ut refert Andreas de Peruzzinis in Analyſi Immaculatæ Conceptionis, fol. 63.

FRANCISCUS Fourmeſtraulx, Societatis Jeſu Belga, habuit Theſes ſub hoc titulo: Immortalis Chriſti Servatoris beneficio, *Virgini ſine macula conceptæ, per Filij ſanguinem prius mundatæ quam fœdatæ, prius ab hoſte redemptæ quàm captæ*, novam gratulabundi inſcribunt Logicam, eique propugnandæ ſe devovent Logici Marchianenſes. Impreſſ. 1662.

FRANCISCUS del Freſno, Ordinis Minorum Hiſpanus, cum approbatione Doctorum Compluteniſum ac ſupremæ ſanctæque Inquiſitionis Tribunalis, publicè ſuſtinuit hanc Concluſionem: *Virum Sacratiſſima Dei Mater contraxerit debitum incurrendi peccatum originale*, &c. negativè. Vide verb. Joannes de Soria.

FRANCISCUS Gaddius, Societatis JESU Florentinus, in quadam Empreſſa Hiſpanica, *pro Immaculato Virginis Conceptu*, depicto dracone ad MARIÆ pedes, hęc ſcripſit:

*Luminis hæc nullum defectum Luna ſubivit:*
*Haud caput, aut illi cauda draconis abeſt.*

Ita extat apud Franciſcum Piſtoia, Corona 2. cap. 3. fol. 193. num. 34.

FRANCISCUS Gamboa, Societatis JESU Hiſpanus, ſub præſidio R. P. Petri de Calatrava, defendit Concluſiones, in quibus prima talis eſt: Satis tamen probabile eſt, Deum eſſe ſaltem moraliter neceſſitatum ad aliqua ex ſuppoſitione aliorum, *ſicque ad liberandam MARIAM à culpa originali*, ex ſuppoſitione quòd eam elegerit in Matrem, &c. Et Concluſione 4. ſic inquit: Imò piam MARIÆ immunitatis ſententiam, tantùm cum pietate veritatem conjungere, placet defendere, ut poſſit facilè componi *MARIÆ libertas à culpa originali, ejuſque proximo debito*, ſive Chriſtus Dominus præfinitus fuerit impeccabilis, & venturus deficiente peccato; ſive præfinitus fuerit ut redemptor peccati ante abſolutam prævіſionem peccati; ſive præfinitus fuerit juxta noſtram ſententiam poſt abſolutam prævіſionem peccati in medio, non in ſe; ſive præfinitus fuerit in ipſo peccato. Et Concluſione 5. inquit: Imò adhuc ſi MARIA incluſa ſit in peccato, etiam in ordine ad amiſſionem gratiæ; manet locus ut ex meritis Chriſti Domini *liberetur ab originali*, idque ordo divinorum Decretorum in Scriptura revelatus ſuadet, nihilque oppoſitum illa univerſali: In quo omnes peccaverunt, etiam abſque alicujus exceptione admiſſa, &c. Et in 7. Concluſione loquens de merito Chriſti interrupto, proſequitur ſic: Idemque videtur dicendum de Beata Virgine, cùm à primo inſtanti Conceptionis habuerit uſum rationis; ſicque juxta Divi Thomæ principia, *peccatum originale habere non potuit*, aliàs & peccatum perſonale lethale haberet. Extant Concluſiones iſtæ impreſſ. anno 1660. in charta expanſa. Hæc ultima Concluſio nititur illi ſententiæ Sancti Thomæ, quòd quilibet tenetur elicere actum amoris, cùm pervenerit ad rationis uſum: ergo ſi Virgo MARIA habuit rationis uſum in primo inſtanti, in illo tenebatur elicere actum amoris, cum quo non ſtat peccatum originale; ſi verò non habuit actum amoris Dei, in illo inſtanti habuit peccatum perſonale; & hæc ratio concludens videtur.

FRANCISCUS Garcia del Valle, Societatis JESU Hiſpanus, in lib. Evangelicus Concionator, & novi hominis inſtitutio, tomo 1. diſcurſ. 4. ad illa verba: Et vocavit Adam nomen uxoris ſuæ Eva: *Quòd MARIA viventium Mater ab omni originali contagione exempta fuit*, &c. Et hoc rationibus, auctoritatibus, ac congruentijs latiſſimè ſuadet. Item, diſcurſu 5. & 6. *Quòd Virgo MARIA ab inſtanti Conceptiones ſuæ fuit ſancta, neque ſathanæ poteſtati unquam ſubdita, quia Chriſtum habuit præliberatorem*; quæ probat latè à fol. 84. uſque 112. Item, eodem tomo 1. agit *de Immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali* incidenter, diſcurſ. 68. 69. & 97. & alibi. Item, tomo 2. in Indice Theſauri abſconditi, agit latè *de Conceptione Virginis MARIÆ* ex Scriptura, Doctoribus, & Scholaſticis. Vide ibi. Item, in Indice univerſali rerum, verb. MARIÆ Conceptio, quamplura adducit *pro ejus immunitate à peccato originali*. Lib. impreſſ. Lugduni 1622. in folio.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FRANCISCUS Gemma Capuanus, in libro Meditationum & orationum ad Beatiſſimam Virginem MARIAM, fol. 11. affirmat: *Quòd fuit præſervata, ac concepta abſque peccato originali.* Impreſſ. Neapoli in 8.

Item, in libro: Cantica centum quinquaginta cum Hymnis triginta, totidemque Orationibus, Cantico 2. folio 8. inquit: Regali ex progenie te exortam ſibi in Matrem elegit Deus: quoniam Regis Regum Genitricem te futuram prævidit; *proptereà ab originali culpa te præſervavit Altiſſimus*, templumque ſuum immaculatum fecit te MARIA, &c. Et in Hymno exiſtente fol. 11. ſic inquit:

*Ab omni labe criminis*
*MARIAM ſervat Dominus,*
*Omnique replet gratiâ,*
*Hanc domum ſuam faciens,* &c.

Alia poſſunt videri in prædicto lib. impreſſ. Neapoli 1613. in 8.

FRANCISCUS Georgius Venetus, Ordinis Minorum Italus, in Harmonia mundi, cant. 2. tom. 4. cap. 6. fol. 254. ſic inquit: Hæc vitula rubea eſt Beata Virgo de progenie rufi David, per quam inducta eſt benedictio expellens maledictionem & infectionem diffuſam per Evam in humanum genus; & ne erubeſcamus id ſine ratione aſſerere, videamus breviter quantâ conſonantiâ omnia in hunc ſenſum conveniant: Eva rubea terreſtris, MARIA rubea cœleſtis & plena igneo ſpiritu, plenaque gratiâ & virtutibus, ſicuti cœleſte perhibet oraculum, ut dicere poſſet illud Eccleſiaſtici: In plenitudine Sanctorum detentio mea. Ideo dicitur, quòd vitula illa eligenda erat *perfecta, integra, & ſine aliqua macula, quæ nec fuerit preſſa aliquo jugo*; ſicut & Virgo cœleſti nuntio proteſtata eſt dicens: Quoniam virum non cognoſco. Hujus quoque vitulæ ſacrificium, & omnia ejus myſteria celebrata fuêre extra caſtra & communem cœtum, etiam electi populi, *ſicut & MARIÆ myſteria omnia celebrata ſunt extra communem legem*, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1544. in folio.

FRANCISCUS Glavinch Yſtrianus, Ordinis Minorum, in origine Provinciæ Boſnæ, parte 2. folio 15. de domo Virginea Lauretana, deſcendente primò à Nazareth in Tarſarum propè flumen in confinibus Liburniæ, anno 1291. die 10. Maij, &c. *Quòd Virgo MARIA concepta eſt in domo illa Nazaræa abſque peccato originali*, & ibi nata, &c. Lib. manuſ. in folio, qui extat in noſtra Bibliot.

Item, edi curavit & typis mandavit *Analyſim puriſſimæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ*, &c. R.P.F. Andreæ de Peruzzinis; de quo ſæpe agimus in hac Militia. Venetijs, anno 1634. in 4.

FRANCISCUS Godinus Bruxellenſis, fecit lib. Achroſtica Chronica, ſive Litania Chronogrammatica Deiparæ V. MARIÆ ſine originali peccato conceptæ, edita in ſolemni publicatione Bullæ Sanctiſſimi D. N. Alexandri VII. datæ Romæ, anno 1661. 8. Decembris *pro Immaculata ejuſdem Virginis Conceptione*, ad inſtantiam Philippi IV. Regis Catholici, quæ cum maximâ ſolemnitate, & gratiarum actione facta eſt Bruxellis, an. 1662. 3. Aprilis, mandato Illuſtriſſ. D. Andreæ Creuſen, Mechlinienſis Archiepiſcopi ac Belgii Primatis.

Magnificat anima mea Dominum, & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. *Anagramma.* Sum Immaculata Virgo Deipara, ſatanas de me nil tenuit, mox jus meum notum fiet.

LITANIA CHRONOGRAMMATICA

VnI CanteMVS Deo kyrIe eLeyſon,
pIè & DeVotè ſoneMVs ChrIſte eLeyſon.
EVge DICaMVs kyrIe eLeyſon.
ChrIſte è Matre abſqVe Labe, aVDI nos.
TV Pater è CœLo DeVs, MIſerere nobIs.
FILI saLVator orbIs, eDIte parente sIne Labe, MIſerere nobIs.
soLator DeVs ſponſe pLanè abſqVe Labe ſponſæ, MIſerere nobIs.
sanCta TrInItas In Vno Deo orIgo ſponſæ ſine Labe, MIſerere nobIs.

ALMa DeIpara noXæ nesCIa.
VIrgo abſqVe ADaMI Labe reCepta,
ELa Caſta præ reLIqVIs nItIDIssIMa.
GenIaLIs Mater abſque VLLa ſorDe.
RegIna ADæ aVt EVæ MaLa nesCIens.
Ab ADæ CVLpa tVtIssIMa.
TVta ab oMnI CVLpa DeIpara.
Ignorans pIaCVLVM ADæ. (dICen...
ALtera EVa, ſeD pVra & ſanCta, Ignorans ...
PIa DeLICTVM non habens EVæ.
Labe DVrI poMI tVta Carens.
ELa pIa à CVLpa MVnDa.
NItIDa pVra non MaCVLata.
A Labe orIgInea MVnDa & pVra.
DeIpara abſqVe CVLpa anIMata.
O DeIpara sIne MaCVLa EVæ.
Mater DeI pVra sIne CVLpa.
Integra & abſqVe CVLpa ADaMI.
Non MaCVLata parens, ſeD orIgIne pVra
VIrgo DeIpara à sCeLere priMo ſerVata.
SeCVnDa EVa, sIne Labe prIMæ.
Ter ſanCta ter MVnDa sIne Labe VIrgo.
ELeCta & DIVa pneVMatIs ſponſa.
CLara IDea pVrItatVM.
VIrgo ADæ CVLpaM Ignorans.
Mater DeI à Labe VnICè præſerVata.
BeneDICta ante oMnes abſqVe Labe VIrgo
ELa EVa, ſeD EVæ MaLa nesCIens.
NItIDa & abſqVe MaCVLa.
Enthea VIrgo MVnDa sIne Labe.
DoMIna sIne Labe pVra atqVe Caſta.
InVIoLata Mater aC à Deo præſerVata.
Caſta MVnDI regIna à Labe tVta.
TVta abſqVe Labe ADaMItICa.
Ab orIgInea CVLpa MVnda.
Tota sIne MaCVLa ADæ InVenta.
VIrgo DeIpara non MaCVLata.
IntaCta DeIpara à Labe eXeMpta.
Non MaCVLata, qVIa DIgna.
Mater ab orIgInea ſorDe ſoLa eXCepta.
VIrgo ſeCVra De oMnI Labe.
Læta neC obnoXIa DeI Mater.
Integra à Labe ADaMI eXCepta.
EXCepta DeI Mater sIne Labe.
Rara abſqVe CrIMIne & LVe ADæ.
InteMerata DeIpara ſoLa eXCepta.
Beata DeI Mater à Labe VnIcè ſerVata.
VIrgo MVnDa Caſta sIne Labe.
SanCta & fœLIX DeI Mater.
EXeMpta ab orIgInea CLaDe.
Tota pVLChra VIrgo DeI Mater.
BenedICta VIrgo Mater abſqVe Labe. (dICen...
ELa DIgna MVLIer, arborIs prohIbItæ non ...
NItIDa & abſqVe MaCVLa.
ELeCta DeI Mater sIne noXa.

DeIpara pIa neqVaqVaM LabefaCta.
In æternVM beneDICta abſqVe Labe.
CLara DeI Mater sIne noXâ.
TVta sIne Labe aDaMI aC eVæ.
VIrgo DeIpara orIgInaLIs MaLI nesCIa.
sIne noXa aLMa & beneDICta.
FILIa DeI patrIs, fILIIqVè Læta Mater.
RegIs Mater VaLDe pIa Caſta & pVra.
VIrgo pIa aC pLane MVnDa.
Caſta & ab aDæ noXa oMnIno LIbera.
TV ſerVata à CLaDe prIMarIa.
VIrgo MarIa ab aDæ sCeLere pVra.
SoLa MVnDa Caſta pVra ab orIgIne.
VIrgo Mater à Labe CVſtoDIta.
EIa DIVa non MaCVLata.
NItIDa aC pVra abſqVe Labe Mater.
Ter Caſta & DIVa MVLIer.
RegIna MVndI Caſta & à Labe tVta.
Innata à CLaDe pIè eXeMpta.
SanCta MVLIer DIgnè præſerVata.
Ter DIVa Caſta ſaLVa & pIa Mater.
VIrgo Data sIne CrIMIne orIgInaLI.
Integra & sIne MaCVLa aDæ & eVæ.
IMago, & ante oCVLos ponenDa VIrgo.
ELeCta VIrgo & DIVa Mater.
SIne CVLpa aDaMI & eVæ.
VIrgo præMVnIta à Labe aDæ & eVæ.
SanCta VIrgo Mater à Deo sIne Labe ſerVata.
SanCta MarIa sIne Labe aDæ aVt eVæ.
AngeLIs qVæ pVrIor CoraM Deo.
Non MaCVLata, at pVra & nItIDa.
Caſta & DIVa MVLIer.
TVtIſsIMa ab aDæ CVLpâ.
Ab orIgIne pVra CLara & MVnDa.
Mater DeCora InVIoLata & pVra.
AbſqVe orIgInea aDæ MaCVLa.
Rara & Chara reLIqVarVM IDea.
Inter MVLIeres à Deo ConſerVata.
Ab orIgInea CVLpa MVnDa.
Mater DeI Carens LVe aVIta.
Ab orIgInea ſorDe CLara & eXeMpta.
TV terræ DeLICIVM.
EIa pIa MVnDa à CVLpâ.
RIte MICans & VaLDe pVra.
DeIpara qVæ CœLVM aperIs.
ELIDens CapVt ſerpentIs pVra Mater.
Inter oMnes VnICe ab aDæ Labe ſerVata.
O VIrgo In DeLICto orIgInaLI non anIMata.
ReLIqVarVM Chara IDea.
Ante orIgIneM pVrIfICata ab orIgInaLI ſorDe.
PVra aCaLMa VIrgo DeIpara.
RegIna MVnDI Labe VaCans.
O Mater DeCora pVra & InVIoLata.
NonqVaM LabefaCta VIrgo DeIpara.
OrIgInaLI VItIo DeIpara MarIa Carens.
Beata VIrgo sIne MaCVLa aDæ.
InVIoLata Mater haVD LabefaCta.
SIne CVLPA aDaMI & eVæ.
PIa CVMVLata DonIs.
EXeMpta DeIpara ab Innato sCeLere.
Caſta & ab aDæ noXa oMnIno LIbera.
Caſta & angeLIs pVrIor ante DeVM.
AVIta CLaDe oMnIno tVta.
TotI Cœlo gaVDIVM.
O Mater De Cœlo qVæ VenIstI.
RegIs pIa parens haVD MACVLata.
Integra DeIpara absqVe MaCVLa.
BasILICa Mater à Deo pVra præserVata.

VIrgo MarIa Casta absqVe Labe aDæ.
SanCtIssIMa parens absqVe Labe aDæ & eVæ.
Non InVenta MaCVLata DeIpara.
VIrgo DIgna Carens Labe parentVM.
Non MaCVLata VIrgo DeIpara.
Carens DeIpara MarIa orIgInaLI VItIo.
EVge sIne Labe CVſtoDIta Mater.
TrIaDIs ſpeCVLVM.
Integra abſqVe VLLa Labe aDaMI.
NeVtIqVaM In sCeLere aDæ.
HaVD LabefaCa parens, at pVra ab orIgIne Mater.
O DIVa hVManæ ſaLVtIs CaVſa.
Rara & pVra sIne CVLpa aDaMI.
Ab orIgInea ſorDe CLara & eXeMpta.
Mater DeI pVra sIne CVLpâ.
O gaVDIVM CœLI.
RegIna DIVa CœLorVM.
TVrrIs ebVrnea Carens Labe aDaMI.
Integra DeIpara & abſqVe MaCVLa.
SIne MaCVLa DIVa.
NItIDa pVra non MaCVLata.
OrIgIneâ à cVLpâ MVnDa.
SanCta & pIa à LapsV aDaMI tVta.
TVtiſsIMa ab aDæ CVLpa.
Rara abſqVe aDaMI sCabIe & LVe.
AbſqVe CVLpa aDæ ante orIgIneM.
EIa VaLe DoMIna pVra & Caſta.
sIC DIVa Mater VALe.
VaLe VaLe sIne Labe aDaMI.
BenedICta In æternVM VaLe.
AgnVs DeI aVferens sCeLera noſtra MIſerere.
AgnVs DeI aVferens sCelera noſtra MIſerere.
AgnVs DeI aVferens sCeLera noſtra MIſerere.
℣. ora pro nobIs DeIpara pVra non MaCVLata.
℟. Vt nobIs sIt CLeMens DeVs.

*Oremus*. Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti; quæſumus, ut qui ex morte ejuſdem Filij ſui prævíſa, eam ab omni labe præſervaſti, nos quoque mundos ejus interceſſione ad te pervenire concedas. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Paulus V. 1615. 10. Julii conceſſit 100. dies Indulgentiarum devotè hanc Orationē recitantibus.

## CELEUMA SIVE EXHORTATIO.

HanC VIrgIneM abſqVe Labe aDorate.
qVonIam De CœLo VenIt.
IMo DIgna prorsVs sIne sCabIe orIgInaLI.
LIberaVerat ILLaM DeVs.
HæC enIM fVtVra erat Læta DeIpara.
DeVM In Carne Lætè parItVra.
MaCVLa haVD eſt In Iſta.
Ipſa à CVLpa aDæ oMnIno tVta.
ILLa MIrè pVra à LapsV aDæ.
MaCVLa aDæ In eâ non eſt VIa.
MVnDa ILLa atqVe sIne Labe.
PeperIt ILLa abſqVe Labe DeVM.
PVra DeI Mater non LabefaCta fVIt.

## AD VIRGINEM IMMACULATAM.

VIrgo Mater sIne Labe te aDVoCo.
saLVaM te præDICo VIrgo.
LVes parentVM nIhIL pLanè aD te.
PeſtIfera qVID LVes teCVM?
NIL prorsVs Caſta & DIVa Mater.
qVaM Lætè purè & Caſtè IngreDerIs!

bene-

BeneDICVnt te genItaM abſqVe Labe.
TotaCIVItas abſqVe Labe nataM te aDorat.
MaLIgnVs à te reCeDat angVIs,
QVIn & oMnIno reCeDat Longè pVra;
QVIa ADæ CVLpaM Ignoras.
EIa VIrgo toLLat per te MaLa noſtraDeVs.
InterIM tV VaLe, ô DeCora.
Amen. Lib. impreſſ. Bruxellis 1662. in 8.

FRANCISCUS Gomez de Algava & Eſpejo, Hiſpanus, in prima parte de Arte ſerviendi Virgini MARIÆ, cap. 10. folio 17. *Quòd Virgo MARIA fuit concepta abſque peccato originali.* Lib. impreſſ. Montillæ 1631. in 8.

FRANCISCUS Grumſel, Societatis JESU Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 27. Julij, an. 1648. Theſi 11. de Habituali, originali & veniali, hæc defendit: *Ab illo omniq; eius debito Matrem Dei eximimus.* Impreſſ. ibidem in 4.

FRANCISCUS Guadarrama, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, cecinit Cantionem *de Immaculato Virginis MARIÆ Conceptu.* Impreſſ. Baëzæ cum aliis 1618. in 4. & aliam fol. 87.

FRANCISCUS Guerra, Ordinis Minorum, Epiſcopus Placentinus, ſcripſit Tomos duos inſignes, ſub hoc titulo: Majeſtas gratiarum, ac virtutum omnium Deiparæ Virginis MARIÆ, &c. Quorum primus totus eſt *de Immaculata Conceptione Deiparæ Matris.* Et in ſecundo tomo habet quàmplura de hoc myſterio. Prodierunt Hiſpali ſuppoſitâ Typographiâ, anno 1659. in folio.

FRANCISCUS Guilielmus, Epiſcopus Oſnaburgenſis Germanus, primus fuit qui in ſuo Epiſcopatu introduxit feſtum Immaculatæ Conceptionis cum octava celebrandum, & pariter qui albo Confraternitatis Immaculatę Conceptionis de Urbe, ſe inſcripſit his verbis: *Sancta MARIA Immaculatè Concepta*, & poſt partum Virgo inviolata, ſub tuum præſidium confugio, &c. Vide ex Maximil. Sandæo Marrac. in Antiſt. Marian. fol. 197.

FRANCISCUS de Guillandis, Collega Angelicus, *in Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Carmen Heroicum. Item, ſcripſit Epigramma *in Conceptione B. MARIÆ ad S. Annam.* Item, de eâdem *Immaculata Virginis Conceptione* aliud Epigramma ibidem. Item, *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* aliud Epigramma: quæ omnia prodierunt in lib. impreſſ. Hiſpali 1616. in 4.

FRANCISCUS Guillen & Colon, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, in libro: Sermones, y Oraciones Panegyricas à los Sanctos varones inſignes del ſagrado, y Real Orden de Redemptores; *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ Angelorum Reginæ* Sermonem unum, à folio 1. uſque 17. Impreſſ. Hiſpali 1636. in 4.

FRANCISCUS de Guzman, Miles Hiſpanus, ſcripſit Libellum parvum ſub hoc titulo: Manifieſto devoto, que haze la Virgen Santiſſima à un Eſcalvo y devoto ſuyo, en forma de coloquio, declarandole, *como fue concebida ſin pecado original.* Quem manuſcriptum vidi, & legi apud ipſum Auctorem.

FRANCISCUS Hæreus Hiſpanus, in libro: Vitæ Sanctorum, *de Conceptione Beatæ MARIÆ* partim ex D. Joanne Chryſoſtomo edidit Legendam, &c. Lugduni 1595. in 4. & ibidem 1604. in 8.

FRANCISCUS Hareus, Licentiatus Belga, in libro: Epitome Catenæ aureæ S. Thomæ Aquinatis, in indice concionatorio adducit Con-cionem *pro feſto Conceptionis Virginis MARIÆ.* Li[b.] impreſſ. Antuerpiæ 1625. in 8.

FRANCISCUS de Hauteſere de Salvai[...] Anteceſſor Regius J. C. edidit Gallico idio[mate] Librum: *De pietate Orientis Eccleſiæ in honorem Conc[ep]tionis, &c.* qui ſæpiùs citatur ſub nomine Anon[ymi] Galli. Ex Bibliographica Pariſina Ludovici Jaco[b].

FRANCISCUS Hernandez, Ordinis Mi[norum] Hiſpanus, in Concluſionibus habitis ſub R. P. [...] Joanne Cactellioli, etiam Ord. Minorum, in[quit:] *Anima MARIÆ ab inſtanti ſuæ Conceptionis, non* [...] *gratia ſanctificante decorabatur, ſed & originalis* [...] *pulchritudine nitebat: debitum proximum culpæ non* [con]*traxit; remotum, elige.* Impreſſ. Valentiæ, ann. 16[...] in charta expanſa.

FRANCISCUS Hernandez Blaſcus, in lib[ro] de Univerſali redemptione generis humani, [...] cant. 4. fol. 11. *Quòd Virgo MARIA fuit plena gr[atia,]* *pura, ac corpore & animâ pulchra, &c.* Lib. impr[eſſ.] Toleti 1598. in 4. & Matriti 1611. fol. 337.

FRANCISCUS de Herrera, Ordinis Mi[no]rum Hiſpanus, in ſecund. lib. Senten. diſp. 24[...] Peccato originali, quæſt. 9. fol. 659. quærens [u]trum Beatiſſima Virgo peccatum originale co[n]traxerit? proponit ſequentes Concluſiones. Prima: Quamvis utraque ſententia ſuam probabilitatem habeat, ſententia tamen Doctoris probabilior [...] rationi magis conſentanea, & ſanctitate Virgi[nis] magis digna. Secunda: Neutra pars quæſtionis [...] contra Fidem vel charitatem. Tertia: Quam[vis] utraque ſententia ſuam probabilitatem habe[at,] ſola tamen illa, quæ docuit *Beatam Virginem non contraxiſſe peccatum originale*, eſt prædicanda. Quæ omnia latè probat à fol. 659. uſque 670. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1595.

Item, in Manuali Theologico, in 2. ſent. cap. [...] de Peccato originali, §. 9. folio 180. *Quòd ex pri-vilegio Beata Virgo MARIA non contraxit peccatum o-riginale*, &c. Lib. impreſſ. Romæ 1610. in 24. [&] Barchinone 1611.

Item, in Diſputationibus Theologicis, in 1. lib. Sentent. diſp. 17. quæſt. 11. de Ordine prædeſti-nationis, folio 661. *Quòd B. ſanctiſſima, & imma-culata Virgo MARIA prædeſtinata eſt extra omnem* [...] *ſuorum progenitorum, utpote ab ea exempta, & præde-ſtinata, poſt Christum Dominum*, &c. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1589. in folio.

Item, adducitur pro pia ſententia *de Immacula[ta] Virginis Conceptione*, in 1. parte Inſtructionis Chri-ſtianæ, cap. 1. de Peccato originali §. 5. ut videre eſt in 4. tomo Curſûs Salmanticenſis, fol. 616.

FRANCISCUS de Herrera & Maldonado, Canonicus Hiſpanus, in traductione Sannazarii de Partu Virginis, lib. 1. folio 3. inquit:

*Alli eſta una doncella concebida*
*Sin culpa original (daño notorio)*
*De Reyes, Prophetas producida, &c.*

Lib. impreſſ. Matriti 1620. in 8. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRANCISCUS de Herrera, Poëta Hiſpanus, in Cantione de Virgine MARIA cœlorum Regina, inquit:

*En vida y muerte imitò*
*Matutina candidez*
*Y veſpertino arrebol.*

Extat in libro Sacrarij Toletani, fol. 90. Impreſſ. Matriti 1617.

FRAN-

FRANCISCUS Humblot, ex Religione Minimorum S. Franciſci de Paula, in libro dicto: Conceptions admirables ſur les Lamentations de Jeremie, &c. fol. 243. adducit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione*, uſque 264. Lib. impr. Pariſiis 1618. in 8.

FRANCISCUS Hurtado de Mendoza, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Sermonem *pro die octavo Conceptionis Virginis MARIÆ*, declamatũ in Hoſpitali Generali Civitatis Pampilonenſis. Impreſſ. ibidem 1620. in 4. incipit: Sucedeme oy.

FRANCISCUS Hurtado, Ordinis Minorum Hiſpanus, in tomo 1. ſuorum Operum, ſub hoc titulo: Lamina aurea attributorum Virginalium, &c. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. latè. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1628. in 4. Et exiſtimo Auctorem eſſe diverſum à præcedenti.

FRANCISCUS Hyañez de Heredia, Doctor Hiſpanus, edidit Sermonem *de Immaculata Virginis Conceptione abſque peccato originali*, &c. Et extat impreſſ. Baëzæ 1618. in 4. & incipit: Grandes demonſtraciones.

FRANCISCUS Ignatius de Porres, Doctor Hiſpanus, typis mandavit Sermones varios, inter quos Sermo decimus eſt *de Immaculata Conceptione Virginis*. Lib. impreſſ. Compluti 1649. in 4.

Item, in alio libro diverſorum Sermonum habet alterum *de Immaculata Virginis Conceptione*, à fol. 20. Impreſſ. Compluti 1645. in 4.

FRANCISCUS à Jesu Maria, Carmelita Diſcalceatus Hiſpanus, in tomo 2. Commentariorum litteralium & moralium in Apocalypſim B. Joannis Apoſtoli, in indice concionatorio, *in feſto Conceptionis B. MARIÆ Virginis* Diſcurſus decem. Et lect. 1. folio 3. ſuper illud: Signum magnum apparuit in cœlo. Obſervatio myſtica prædictæ viſionis: Symbola *de ſacra Dei Genitrice abſq; labe originalis peccati concepta*, ſigillatim elucidantur. Lib. impr. Lugduni 1655. in fol.

FRANCISCUS Joannes, Hiſpanus Poëta antiquus, ſcripſit Carmina *de Immaculata Conceptione B. Virginis MARIÆ*, quæ cum alijs extant apud Ferrand. Diaz.

FRANCISCUS à Sancto Joſepho Sueſſa, Ordinis Minorum, Pœnitentiarius in Eccleſia Lateranenſi, obtulit ſupplicem libellum Paulo V. Pontif. Maximo, *pro defenſione myſterij Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ſub hac concluſione, ſeu propoſitione: Si ſententia illorum, qui infallibilitatem judicij Eccleſiæ in Canonizatione Sanctorum aſſeverant, tenenda cenſeatur; prohibenda eſt omnino aſſerentium, Sanctiſſimam Virginem Mariam in originali peccato fuiſſe conceptam, irreprehenſibili manente Eccleſiæ auctoritate, aliter hactenus permittente. Extat Opuſculum hoc apud nos in folio abſque anno & loco impreſſionis.

FRANCISCUS Joverius, Doctor Valentinus Hiſpanus, adducit *Decretum Concilij Baſileenſis de Conceptione glorioſiſſimæ B. MARIÆ Virginis*, in lib. de Sanctionibus Eccleſiaſticis, folio 142. claſſ. 1. Lib. impreſſ. Pariſijs 1555. in fol.

FRANCISCUS Keſſel, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 25. Julij, anno 1650. Theſi 13. de Peccato originali hæc defendit, *Ab hoc & illius debito, quò minùs immunis ſit SS. Dei Matrem, nihil impedit*. Lib. impreſſ. ibidem in 4.

FRANCISCUS Labata, Cæſarauguſtanus, Societatis Jesu Hiſpanus, *de B. Virginis MARIÆ Immaculata Conceptione* Sermonem unum. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1619. in 4.

Item, in Apparatu ſacro Concionatorum, tom. 1. verb. Maria, fol. 482. propoſitione 2. ſub hoc titulo: *MARIA concepta fuit ſine macula originalis peccati, &c.* latè. Lib. impreſſ. Lugduni 1628. in fol. Et in eodem Opere, tomo 2. verb. Maria, propoſit. 27. ſub hac inſcriptione: *MARIA concepta fuit ſine peccato originali*, latiſſimè à folio 378. Item, propoſitione 28. *Quàm læta & grata fuerit mundo Conceptio Beatæ MARIÆ*, à fol. 382. uſque 383. Hæc Opera prodierunt Lugduni, anno 1616. in fol.

Item, in Diſcurſibus Moralibus ſuper Evangelia, adducit imaginem *Immaculatæ Conceptionis*, quod pro ſigno proteſtativo ſemper habetur. Lib. impreſſ. Valliſoleti 1625. in 4.

FRANCISCUS Lanovius, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Pariſinus, *de Conventibus erectis in Religione Minimorum ſub titulo Conceptionis glorioſæ ſemper Virginis MARIÆ*, in Chronicon generali ſui Ordinis ad diem 8. Decembris, fol. 679. Lib. impreſſ. Lutetiæ Pariſiorum 1635. in fol.

FRANCISCUS Laſus de la Vega, Doctor Hiſpanus, edidit Librum ſub hoc titulo: Varias rationes devotas para el exercicio del dia Chriſtiano, con el oficio de la *puriſſima Concepcion*, y del ſeñor San Joſeph, &c. Matriti 1626. in 24.

FRANCISCUS Laurentius, Ordinis Minorum Hiſpanus ac Martyr, introduxit ac prædicavit in Indijs Occidentalibus *myſterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*; ut refert Daza, in libro de Concept. cap. 6. fol. 44.

FRANCISCUS Lemarius, Congregationis Matris Dei Italus, compoſuit *de Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis* Tractatum unum; ut refert Hippolyt. Marrac. in Biblioth. fol. 447.

FRANCISCUS de Lemos, Abbas Benedictinus Hiſpanus, in libro ſuper Threnos Hieremiæ Prophetæ, cap. 1. verſic. 1. ſub hoc titulo: In caſu primi hominis *tota ruente poſteritate, Beata Virgo non cecidit*, agit latè de Deiparæ præſervatione à peccato originali. Vide etiam Verſiculum 2. Lib. impr. Matriti 1649. in folio.

FRANCISCUS de Leon, Ordinis Sancti Auguſtini Hiſpanus, edidit *de Deiparæ Immaculata Conceptione* Sermonem unum. Impreſſ. Salmanticæ 1595. in 8. & 1619. in 4.

Item, in libro: Privança del hombre con Dios, ſobre el Parce mihi, &c. ad illa verba: Viſitas eum diluculo, diſcurſu 22. ſub hoc titulo: Quæ viſitò Dios muy de mañana à la Virgen Santiſſima, *præſervandola de la culpa origenal*, y enriqueziendola à dos manos de ſus dones, y gracias, &c. quod latè tractat à fol. 246. uſque 270. Lib. impreſſ. Pampilonæ 1622. in 4.

Item, in Sermone de Incarnatione, ſeu Annuntiatione Dominæ noſtræ, fol. 5. inquit: A que baxa el Angel del Cielo? A edificar el Templo pæra Dios. Y de que le haze? De carnis noſtræ limo. Templo de carne? Si, que baxa à tomar carne. Templo de barro, de tierra? Si, *pero amaſada con la gracia*: Ave gratiâ plena. Llena de gracia; à eſta la que ſe elige para Templo de Dios, &c. Impreſſ. Hiſpali, anno 1619 in 4.

Item, in Sermone de Sancto Joachimo, declamato in Monaſterio Zamoren. Diſcalceatarum, fol. 10. agit *de Immaculata Conceptione MARIÆ*; & extat impreſſ. anno 1625. in 4.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FRANCISCUS de Leon Garavitus, Hiſpanus, edidit Tractatum ſub hoc titulo: Informació en derecho, por la puriſſima, y limpiſſima Concepcion de la ſiempre Virgen Madre de Dios, y Señora nueſtra, *concebida ſin mancha, ni deuda de pecado original*. Impreſſ. Hiſpali 1625. in 4. cum duplici imagine Immaculatæ Conceptionis. Opus Latinum in principio, ſed à §.3. Hiſpanum.

FRANCISCUS Leonardus Lucenſis, Clericus Regularis Matris Dei Italus, in Capitolio de Urbe, laboravit Tractatum inſignem & operoſum *de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis*, ſub hoc titulo: Templum myſticum veri Salomonis, &c. de quo Marrac. in Bibliotheca, fol. 418. & Franciſcus Maria Piſtoia, fol. 156. num. 67.

FRANCISCUS Levanto & Vivaldo, Societatis Jesu Hiſpanus, in Lectione ſacra, habita coram Reverendiſſimis Patribus Societatis Jesu, ad Comitia Bæticæ Provinciæ celebranda, fol. 10. ſic inquit Hiſpanicè: Y quien con mas esforçados brios? Quien con mas aliento? Quien con mas afecto ha ayudado à levantar en la Igleſia la honra deſta ſoberana Princeſa, *en ſu puriſſima Concepcion*, que apeſar de los demonios, è inferno, ha eſtablicido en ſus eſcritos, &c. Impreſſ. Granatæ, anno 1636. in 4.

FRANCISCUS Lichetus, Ordinis Minorum Generalis Italus, in 3. Sentent. diſt. 3. quæſt. 1. *Utrum Beata Virgo fuerit concepta in originali peccato?* Quæſt. unam; quam ſententiam præſervationis pro viribus tuetur ac defendit. Impreſſ. Venetijs 1589. in fol. & Pariſiis 1520.

FRANCISCUS Lizana, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hiſpanus, in libro cujus titulus eſt: Primera Eſcuela de Dios, ſuper cap. 1. Geneſeos, affirmat *V. MARIAM fuiſſe conceptam abſq; originali peccato*, à fol. 265. uſque 372. Lib. impreſſ. Matriti 1653. in 4.

Item, in Quadrageſimali, ſub titulo: Doctrinas Evangelicas para las ferias mayores, &c. *de puro Virginis MARIÆ Conceptu* agit, folio 121. & 173. & 188. & 201. & 212. Et in Appendice poſt Sermones ſub titulo: Meditationes de MARIA Sanctiſſima, idem adſtruit. Lib. impreſſ. Matriti 1656. in 4.

Item, in lib. dicto: Diſcurſos Panegyricos para varias feſtividades, affirmat *Virginem fuiſſe ſine originali peccato conceptam*, fol. 125. Lib. impreſſ. Matriti, anno 1657. in 4.

Item, in lib. ſub titulo: Doctrinas Evangelicas para las quarto Dominicas de Adviento, y otras feſtividades, fol 262. extat pulcher Sermo *pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impreſſ. Matriti 1662. in 4.

Item, in libro dicto Hiſpanicè: Teſoro Mariano aplicado à todas las feſtivitades y myſterios de MARIA Santiſſima, &c. à fol. 1. uſque 19. adducit *Sermonem de Immaculata Conceptione*. Impreſſ. Matriti 1662. in 4.

Item, ſcripſit Sermonem ſub hoc titulo: Diſcurſo Panegyrico, que en la Octava, que con magnifica pompa, y decoroſa celebridrad conſagro *al primer inſtante del ſer en gracia de la Immaculada Reyna MARIA*, ſegun la nueba conſtitucion de N. M. S. Padre Alexandro VII. la Illuſtriſſima Junta del Reyno en el Religioſſimo Convento de la Conception Franciſca, &c. Extat impreſſ. Matriti 1662. in 4.

FRANCISCUS Longus à Coriolano, Ordinis Minimorum Italus, in Epitome Conciliorum, loquens de Concilio Baſileenſi, fol 316. inquit: Item, in hoc Concilio, ſeſſ. 36. ſtatuitur pro Conceptione puriſſima Deiparæ & declaratur, doctrinam diſſerentem glorioſam Virginem MARIAM, præveniente & operante divini Numinis gratia ſingulari, numquam actualiter ſubjacuiſſe originali peccato, *ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali* & actuali culpâ, ſanctamque & immaculatam, tanquam piam & conſonam cultui Eccleſiaſtico, fidei Catholicæ, rectæ rationi & ſacræ Scripturæ, approbandam fore, tenendam & amplectendam, nullique de cætero licitum eſſe in contrarium prædicare, ſeu docere; renovando præterea inſtitutionem de celebranda ejus Conceptione, quæ ſexto Idus Decembris antiqua & laudabili conſuetudine celebratur. Et quomodò tractanda ſit quæſtio *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*; deque Decretis Summorum Pontificum circa hanc materiam, habet appendicem in lib. impreſſ. Romæ 1627. in 12.

Item, pro myſterio *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* adducit Conſtitutiones Pontificias in lib. Breviarij Chronologici. Impreſſ. Lugduni 1623. in folio.

Item, in Summa Theologiæ S. Thomæ quæſt. 23. de Prædeſtinatione, art. 6. fol. 295. *Quod Virgo MARIA fuit prædeſtinata poſt Chriſtum ante præviſionem peccati originalis*. Lib. impreſſ. Romæ, anno 162[illegible] in fol. magno.

FRANCISCUS Lopez, Poëta Hiſpanus, edidit Librum, ſub hoc titulo: Verſos devotos, [illegible] quidem ferè totus eſt de Immaculata Virginis Conceptione, ſolumque referam ex quadam Cantione, folio 20. ſequentia:

*No ay hombre, ni muger en cielo, y tierra*
*Que no tuvieſe macula de culpa*
*Sinò fue por ſu eſencia vueſtro hijo*
*Y vos por privilegio Virgen Madre, &c.*
*Eres hija de Adan, mas no en la culpa*
*Soys dia do no ay noche, à dono ay niebla*
*A do no ay turbio, ni aquilonio viento*
*Libre de la dolencia pegajoſa*
*Que trajo el rejalgar de la manzana, &c.*
*Ser ſin pecado ſiendo ſuceſora*
*de Adan, parece coſa no poſible*
*Mas ſola tu tuviſte aqueſta gracia, &c.*

Lib. impreſſ. Ulyſſiponæ 1573. in 4.

FRANCISCUS Lucas, Brugenſis, juxta [illegible] Audomarenſis, *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Sermonem, qui eſt in ordine 22. fol. [illegible] Impreſſ. Antuerpiæ 1610. in 8.

Item, tomo 3. ſuper Evangelia, ad illud: [illegible] gratiâ plena, inquit: Quoad poſterius ſignificatum, plena erat gratiâ, *quòd expers eſſet, ſemper fuiſſet omnis peccati originalis* & actualis, etiam [illegible] viſſimi. Vide ibi fol. 15.

Item, ſuper Magnificat, ad illud: Quia fecit mihi magna, inquit: Fuit opus ſanctitatis *Virginem præparare, ab omni ſorde ac labe præſervare*, corpore & anima ſanctificare, &c. Vide ibi fol. 3[illegible] & alibi ſæpe. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1612. in [illegible]

FRANCISCUS Luche Faxardus Hiſpanus, de Solemnitate inſtituta à Confratribus S. Petri ad Vincula, in Parochiali Eccleſia Hiſpalen. *ad puriſſimam Conceptionem Virginis MARIÆ Dominæ noſtræ*, cum ſtatuto pro defenſione ſuæ immunitatis [illegible]

*puritatis*, Relationem ſeu Librum impreſſ. Hiſpali 1616. in 4.

Item, recollegit Epiſtolas diverſarum perſonarum approbantium votum ſeu juramentum, pro tuenda *Immaculata Virginis Conceptione*; ex quibus pollicetur ſe editurum Librum unum.

Item, recollegit Sermones prædicatos Hiſpali *in ſolemni feſtivitate Immaculatæ Conceptionis*, celebrata anno 1616. prout ipſemet refert in libro ſupra relato, fol. 82. ad finem. Sed an iſti duo Tractatus ſeu Libri lucem viderint, ignoro.

FRANCISCUS Maidalchinus Italus, *pro feſto Conceptionis Beatiſſimæ MARIÆ* &c. Sermone unum, à fol. 610. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1652. in 4.

Item, in libro de Roſario, ſub hoc titulo: El maraviglioſo Giardino del' Rè Salomone, ò vero Mariale dell' Sanctiſſimo Roſario, fol. 23. & 64. vocat Virginem ſemper ſanctam, *puram & puriſſimam*, & quòd proceſſit à Judæis, ſicut roſa à ſpinis, &c. Lib. impreſſ. Venetijs 1640. in 12.

FRANCISCUS Manſo & Zuñiga, Archiepiſcopus Mexicanus & poſtea Burgenſis, ordinavit vel ordinari fecit Librum, ſub hoc titulo: Regla, y ordenaciones de las Religioſas *de la limpia, y Immaculada Concepcion de la Virgen Sanctiſsima nueſtra Señora*, que ſe han de obſervar en los Conventos de dicha Orden, en la Ciudad de Mexico, &c. es à ſaber en los ſiguientes: La Concepcion, Regina cœli, Jesus MARIA, Nueſtra Señora de Valvanera, Encarnacion, Sancta MARIA de Gracia, y Santa Ines, ya fundados, con los demas que ſe fundaren, &c. Impreſſ. Mexic. anno 1635. in 8.

Item, ſcripſit Epiſtolam ſeu Decretum Paſtorale, circa celebrationem *feſtivitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in Diœceſi Burgen. Impreſſ. ibi in charta expanſa, anno 1643. & extat in Archivo Matritenſi, tomo 1.

FRANCISCUS Mançano, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Hiſpanus, in libro: Centellas del amor de Dios, &c. capite 7. fol. 34. agit de *feſtivitate puriſſimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. Matriti 1653. in 4.

FRANCISCUS de Marchia, in diverſis Tractatibus, præſertim in libro qui incipit: Circa Virginis Matris præconia, &c. tenet *Virginem MARIAM conceptam fuiſſe, abſque peccato*. Ita Antonius Cucharus Epiſcopus Azernenſis, in libro ſuo de Conceptione, fol. 63. columna. 2. Et in 3. Sent. quæſt. 9. ſcripſit latè pro *Immaculata Virginis Conceptione*, ut fatetur R. P. Girandus Renerius, Ordinis Prædicatorum, in Tractatu ſuo contra Conceptionem, fol. 37. à tergo.

FRANCISCUS Marcottus Italus, edi curavit Opera R. P. Humilis Zegala, Ordinis Minorum, ubi plura extant teſtimonia pro *Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*; ut videre eſt in lib. impreſſ. Brixię 1612. & alibi ſæpe in 8.

FRANCISCUS Maria Brancatius, S. R. E. Cardinalis & Epiſcopus Viterbien. ac Tuſcanen. in libro Conſtitutionum Viterbien. agit *de feſto Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ* ad diem 8. Decembris, & de Capella *ejuſdem Conceptionis* de Samuti, ac de Capella *Conceptionis* de Tuſcanella. Lib. impreſſ. Viterbii 1639. in 4.

FRANCISCUS Maria Capra, Clericus Peruſinus Italus, in Oratione de Natali Virginis MARIÆ, in principio affirmat *ipſam fuiſſe ſine peccati labe, &c.* Lib. impreſſ. Peruſiæ 1644. in 12.

FRANCISCUS Maria, Cardinalis à Monte, dedit teſtimonium, *quòd Officium pro infra octav. Conceptionis Virginis MARIÆ*, compoſitum à Bartholomæo Gavanto, fuit à ſacr. Rituum Cong. approbatum; ut videre eſt in lib. impr. Neapoli 1618. in 4.

FRANCISCUS Maria Giardino, Urbinatenſis Italus: Innocentiæ Virginali divinam benevolentiam gratulatus eſt, *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, in lib. impreſſ. Romæ 1633. in 4.

FRANCISCUS Maria Pagnozzini de Piſtorio, Ordinis Minorum Italus, ſcripſit Librum ſub hoc titulo: MARIA triomfante con la pompa d' una triplicata corona d' ſtelle reſplendenti per l' origine, progreſſo, & eminenza dell' Santiſſimo Stellario de bianchi Gigli per l' apluſo de fideli *al' Immaculato candore della ſua puriſſima Concettione*, di vermiglie roſe, per l' affettuoſa protettione della Santiſſima Vergine co i ſui devoti, &c. Quem manuſcriptum vidi & legi Romæ: nunc typis mandatus extat Piſtoiæ, an. 1655. in 4. cum pulcherrimis imaginibus Immaculatæ Conceptionis, ubi plura congeſſit ſcitu digniſſima pro hoc myſterio.

FRANCISCUS à Sancta MARIA, Carmelitanus Hiſpanus, in libro: Hiſtoria general Prophetica del Orden de N. Señora del Carmen, cap. 17. fol. 124. *Quomodo Virgo MARIA fuerit concepta ſine macula peccati originalis*, &c. Impreſſ. Matriti 1651. in fol.

Item, in libro: Reforma delos Deſcalços de nueſtra Señora del Carmen, de la primitiva obſervancia, fol. 294. & agit de Sorore Tereſia de la *Concepcion*, &c. Lib. impreſſ. Matriti 1654. in fol.

FRANCISCUS Maria Torrigius Italus, ſcripſit Orationem *de Beatæ Virginis MARIÆ puritate*, anno 1618. in 4. ut ex Leone Alatio in Apibus Urbanis refert D. Antonius de Leon in ſua Bibliotheca, claſſe 6. Hujus Auctoris vidi aliqua, ſed hanc Orationem invenire haud potui.

FRANCISCUS Martin, Ordinis Minorum Gallus, edidit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ubi latè probat immunitatem à peccato originali. Extat manuſcr. in Biblioth. Thuana Pariſiis in 4. antiquis characteribus.

FRANCISCUS Martini, Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmelo Hiſpanus, & Theologorum ornamentum ſingulariſſimum & ſui temporis lucerna, qui vixit ad annum 1390. in honorem glorioſæ ſui Carmelitani Ordinis Patronæ, edidit Libros ſeptem *de Sancta Conceptione Immaculatæ Dei Genitricis MARIÆ*, cunctis Virginis zelatoribus gratiſſimos. Extant hæc Opera in Bibliotheca interiori Collegij Romani, ex qua habemus ea; & Pariſijs in Conventu Patrum Carmelit. & apud nos ſudant ſub prælo. Opus dignum, ut à doctis videatur.

FRANCISCUS Maurolitius, Abbas Meſſanenſis, in Martyrologio ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatiſſimæ Virginis MARIÆ Genitricis Dei & Domini noſtri IESV Chriſti*. Venetiis 1570. in 12.

FRANCISCUS de Mayronis, Ordinis Minorum Gallus, in libro de Laudibus Sanctorum, primò ſcripſit Sermonem de nomine Virginis MARIÆ, quem ipſe videtur vocare primum *de Conceptione Virginis*, & extat folio 136. columna 4. & incipit: Quæſtio eſt de facto. Item, ſcripſit alium Sermonem, quem ipſe vocat ſecundum *de eodem feſto Conceptionis Virginis MARIÆ*, & eſt proprius myſterij, incipitque: Abſit iſtam rem; extat autem folio 138. columna 3. Item, habet tertium Sermonem de

eodem *feſto Conceptionis*, & incipit: Candor eſt lucis æternæ. Item, ſcripſit alium ſub hoc titulo: *De creatione animæ Virginis MARIÆ*; & extat fol. 144. & incipit: Dixit Deus: Fiat lux. Item, ſparſim in eodem lib. tam in Sermonibus de Nativitate & Annuntiatione, quàm in Tractatibus ſuper Magnificat & Miſſus eſt, agit *de immunitate Deiparæ à peccato originali*. Extat liber impreſſ. Venetijs, anno 1493. in 4. ſed nota, quòd diſpoſitio libri & foliatio ſint mendoſiſſimæ.

Item, ſuper quatuor libros Sententiarum, Quæſt. 12. de Incarnatione Verbi, ſub hoc titulo: *Vtrum B. Virgo MARIA fuerit concepta in peccato originali?* habet Quæſtionem in duodecim Articulos diviſam, in qua latiſſimè agit de præſervatione Deiparæ, & incipit: Quòd ſicut Pſalmiſta: In iniquitatibus meis conceptus ſum. Et ibidem habet aliam Quæſtionem in decem Articulos diviſam, ſub hoc titulo: *Vtrum B. Virgo fuerit ſanctificata?* & incipit: Eſt igitur primus Articulus: Quid ſit ſanctitas? Extat liber impreſſ. Venetijs, anno 1507. & 1520. ſemper in fol.

Item, ſcripſit aliam Quæſtionem ſeu Tractatum modo ſcholaſtico *de Immaculata Virginis Conceptione, ejus feſtivitate ac ſanctificatione*, & incipit: Circa Virginis Matris præconia, mente devotiſſima inſiſtendo, quæritur: Utrum Mater Domini fuerit concepta in peccato originali? &c. & concludit ſic: Cùm omnia iſta dicta ſint inquirendo, & non mente obſtinata, ubi oppoſitum determinaretur ex fide Catholica, quam in mentibus noſtris confirmare dignetur, qui de Virgine puriſſima natus fuit JESUS CHRISTUS, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen. Tractatus iſte eſt apud nos manuſcriptus antiquis characteribus Gallicis in 4.

Item, in Bibliotheca S. Joannis Regum, Pluteo X. num. 83. inter Opera ipſius Mayronis manuſcripta, & quæ non fuerunt hucuſque typis data, extat Quæſtio ſeu Tractatus *de Sanctificatione B. Virginis Matris Dei*, & incipit: Quæritur: Utrum Mater Domini noſtri Jeſu Chriſti fuerit ſanctificata ſecundùm totam capacitatem beatiſſimæ animæ ſuæ? &c. Extat in folio, & eſt Tractatus digniſſimus, ut prælo mandetur.

Item, ſcripſit aliam Quæſtionem nunquam typis mandatam pro defenſione *Immaculatæ Conceptionis*, & incipit: Circa purgationem Virginis à peccato originali, & circa ejus ſanctificationem. Habemus iſtam manuſc. cum aliis in 4.

Item, habuit aliam Quæſtionem Theologicam *pro eadem immunitate Virginis à peccato originali*, & incipit: Circa ſanctificationem Virginis inſiſtendo, occurrunt aliqui Articuli pertractandi, & primus eſt: Quid ſit ſanctificatio? Extat manuſcripta apud nos.

Item, edidit Tractatum ſingularem pro defenſione *myſterij Immaculatæ Conceptionis*, qui incipit: Fiat lux, & facta eſt lux, Geneſ. 1. cap. Scribitur illud verbum & iſtud primum verbum, &c. Et extat apud nos manuſc. Omnia iſta, Deo dante, citò videbunt lucem, ſub nomine: Monumenta antiqua Seraphica de Conceptione, &c.

FRANCISCUS de Menabio, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ Reformatæ Tuſciæ, agit de *Eccleſia ſanctiſſimæ Conceptionis* Camajoris, & de Capella ſanctiſſimæ Conceptionis in Conventu Burgi Lucen. civ. & de Altari Conceptionis in Conventu Cithonij & Santheani & S. Franciſci Feſularum & S. Servonij & S. Bern[...] Sanalongæ & Laſtra. Extat apud nos manuſcri[...]ta cum alijs diverſis de eadem materia.

FRANCISCUS de Mendoza, Ordinis B. Ma[...] de Mercede Redemptionis Captivorum, & Co[l]l[e]ga Collegij Conceptionis Complutenſis Hiſpanus, in Sermon. de Nativitate MARIÆ, qui fere[...] eſt *de ejus originaria puritate*, præcipuè fol. 7. [...] illa verba: Luminare minus, &c. inter alia [in]quit: De MARIA llena pues nació la Luna en [...] primer origen, &c. Vide ibi. Impreſſ. Matriti, a[nno] 1655. in 4.

FRANCISCUS de Mendoza, Societatis J[esu] Hiſpanus, *de Immaculata Virginis Conceptione* [...]cem, in tomo 1. ſuper lib. Regum. Lib. impreſſ. Lugduni 1625. in fol. & alibi.

Item, in Viridario, de Floribus ſacris, Problem. 3. folio 30. *Quòd Beata Virgo non habuit originale pe[c]catum*, probat latè & eruditè. Lib. impreſſ. Lugduni 1622. in fol.

FRANCISCUS Menenius Antuerpienſis, [in] libro: Deliciæ Equeſtrium, ſive Militarium Or[d]inum, fol. 68. de Ordine Equitum Hoſpitalariorum S. Joannis Hieroſolymitani, qui poſt Rhod[ij] nunc Melitenſes dicuntur, fol. 74. *vocat Virginem MARIAM Immaculatam*. Lib. impreſſ. Antuerpiæ anno 1613. in 8.

FRANCISCUS Mercurius van Helmont Flander, edidit Librum dictum: Ortus Medicinæ, id eſt, Initia Phyſicæ inaudita progreſſus, &c. Auctore Joanne Baptiſta patre ejus; ubi in Tractatu de Mortis introitu in naturam humanam, atque decore Virginum, à folio 512. agit de peccato originali, & *quomodò MARIA Virgo fuit prævent[a] in ſua Immaculata Conceptione*. Lib. impreſſ. Amſtelodami 1652. in 4.

FRANCISCUS Merola, Congregationis Oratorij Italus: *An B. Virgo contraxerit actu peccatum originale?* difficultatem unam, in libro Diſput. in univerſam Theologiam Moralem. Impreſſ. Neap. 1631. in fol. Et eſt pro pia ſententia.

FRANCISCUS de Meſſa, Presbyter Toletanus, recepit juramentum ſeu votum, editum à Congregatione Chriſti Domini, ſita in Eccleſia Mozarabe SS. Juſtæ & Rufinæ, *pro Immaculata Virginis Conceptione*. Ex Auctograph. manuſc.

FRANCISCUS de Meſſia, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, in libro: Colloquio provechoſo en que ſe declara qual ſea la ſanta Cofradia del Roſario de nueſtra Señora, in petitione 6. folio 30. vocat Virginem *ſin mancilla*, & folio 35. [...] *hermoſa ſin eſpina*, & folio 41. habet imaginem [Im]maculatæ Conceptionis. Lib. impreſſ. Hiſpali anno 1573. in 4. Omnia hæc verba ſunt ſigna proteſtativa inter Hiſpanos.

FRANCISCUS Miracles, Poëta Hiſpanus, edidit Cantionem *de Immaculata Virginis Concept[ione]*. Impreſſ. cum Tractatu R. P. Joannis Redondi, Hiſpali 1616. in 4.

FRANCISCUS de Miranda y Paz, Salmanticenſis Doctor, Hiſpanus, in libro: Diſcurſo ſobre ſi ſe puede hazer fieſta al primer Padre del genero humano Adan, Concluſ. ultima, fol. [...] num. 11. agit *de feſtivitate Immaculatæ Concep[tionis]*, *&c.* Lib. impr. Matriti 1636. in 4.

FRANCISCUS Moloy Hybernus, Ordinis Minorum, in Diſput. Theologica de Incarnatione Verbi, ad mentem Joannis Duns Scoti, Conc[...]

15. *Quòd Beatiſsima Virgo MARIA in nullò inſtanti temporis vel naturæ, infecta fuit peccato originali* vel actuali, &c. Suſtinuit autem Concluſiones Paulus Budinmiorbich, & Antonius Molledy. Lib. impreſſ. Græci 1645. in 4.

FRANCISCUS de Montefrancho Italus, curavit typis mandari rubricas de recitatione officii divini, in quibus eſt una *de Conceptione Virginis MARIÆ* approbata à Leone X. & impreſſ. Romæ, anno 1520. in 8. Ad verbum referentur littera O.

FRANCISCUS Monxe, Doctor Complutenſis Hiſpanus, ſcripſit Opuſculum *de Immaculata Virginis Conceptione*, ſub hoc titulo: Conſulta à dos inſignes Doctores de las Univerſidades de Salamanca y Alcala, ſobre ciertas dudas que ſe han ofrecido en el libro: Sol Veritatis del M. R. P. Fray Pedro de Alva y Aſtorga, en las autoridades que cita de los Eſcritores Dominicanos. Hacela cierto Doctor que (oidas las partes en contraditorio Juicio) deſea haçer el ſuio. Et eſt totum contra librum & auctoritates P. Bartholomæi de Spina. Extat apud nos manuſc. in 4.

FRANCISCUS Morenus, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Tomos duos *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Impreſſ. Hiſpali 1617. ut referunt Lucas Waddingus in Catalogo, folio 152. Daza, fol. 52. Marrac. in Catalogo, ad ann. 1600. & in Bibliotheca, folio 24. ex Pineda.

FRANCISCUS Moſquera de Barnuebo, Poëta Hiſpanus, in ſua Numantina vocat *Virginem MARIAM puriſsimam*. Impreſſ. Hiſpali 1612. in 4.

FRANCISCUS Navarro, Ordinis Minorum Hiſpanus, edidit Carmina *pro immunitate Virginis MARIÆ à peccati labe*. Impreſſ. cum aliis Baëzæ 1618. in 4. folio 81. & 87.

FRANCISCUS Nelſon, Societatis Jesu Bruxellenſis, in Aſſertionibus ex univerſa Theologia Leodii habitis die 25. Maij, anno 1660. Aſſertione 20. loquendo de Peccato originali, hæc dicit: *Ab hoc non ſolùm immunis fuit Beatiſsima Virgo, ſed etiam proximo illud contrahendi debito caruit*. Fuerunt impr. Leodii, eodem anno in 4.

FRANCISCUS de Neuf-ville, Abbas Grandimontanus Gallus, in Tractatu: Diſcours utile & neceſſaire pour tous états, &c. à folio 3. agit latiſſimè *de Conceptione Virginis MARIÆ, & ejus præſervatione à peccato originali, Dei ſpeciali gratiâ*, & quòd fuit exceptio regulæ generalis, & terra nunquam maledicta. Lib. impreſſ. Pariſiis, anno 1577. in 8.

FRANCISCUS à Nola, Ordinis Minorum Italus, in Relatione ac arbore Reformatæ Provinciæ Sancti Angeli, inquit: In Eccleſia Sancti Franciſci Ariani, eſt *Capella Conceptionis*, cui quædam Confraternitas Sæcularium devotè deſervit. Et *Altaria Conceptionis* extant in 8. Eccleſiis, videlicet Luceriæ, Ariani, Aſculi, Sernæ, Agnovij, Sancti Bartholomæi, Domûs Calenæ, & Montis Calvi. Extat manuſc. apud nos.

FRANCISCUS à Nova-curia, vulgò Nieuwenhove, Ordinis Minorum Belga; ſcripſit Sermones *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Ita Hippolyt. Marrac. in Catalogo, ad annum 1562. De Auctore meminit Wadding. fol. 125.

FRANCISCUS Nuñez Navarro, Doctor Hiſpanus, *de puriſsima Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem unum. Lib. impreſſ. Hiſpali 1615. in 4.

Item, ibidem *de puriſsima Conceptione Dominæ noſtræ Virginis MARIÆ* in octava celebrata in Paroch. Eccleſia Sanctæ MARIÆ de Ezija, anno 1615. die 2. menſis Julij, Sermonem alterum. Impreſſ. Hiſpali 1615. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRANCISCUS de Obregon Acuña, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Cantionem *de illibata Conceptione Dei Genitricis MARIÆ*, quam adducit Ferriol, lib. de Concep. fol. 68.

FRANCISCUS Ogier, Presbyter & Prædicator Gallus, in libro: Actions publiques, fol. 241. Panegyricum de Sancta Virgine, pronuntiatũ Pariſiis in die & feſto *ejus Conceptionis*, in Eccleſia S. Joannis in Greve, anno 1641. incipit: Ave gratiâ plena. Pariſ. 1652. In eo latè agit de præſervatione ab originali peccato.

FRANCISCUS de Olivares, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Carmina *pro Immaculata Chriſtiparæ Virginis Conceptione*; ut videre eſt apud Didacum Cano, de Concept. folio 96.

FRANCISCUS Oliverius Tyburtinus, divinum amorem virginalis innocentiæ *in Conceptione Immaculata Virginis* cecinit. Romæ 1633. in 4.

FRANCISCUS Ordas, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Epigramma *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impreſſ. cum aliis Granatæ, folio 315.

FRANCISCUS d'Orleans, Ordinis Minorum Theologus Gallus, in libro dicto: Les grandeurs & privileges de la Vierge, &c. in Adviſamento ad Lectorem, agit latè de *Immaculata Virginis Conceptione*, & quòd anno 840. cœpit hoc feſtum celebrari in Oriente à Leone Imperatore, &c. ac de devotione Ordinis noſtri Seraphici verſus hoc myſterium. Et folio 100. Actus amoris divini ſuper *Immaculatam Conceptionem Matris IESV*, Caput unum latum, pulchrum & devotum. Lib. impreſſ. Pariſiis 1658. in 8.

FRANCISCUS Ortega Cabrio & Bezerra, Poëta Hiſpanus, edidit Epigramma *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impreſſ. Baëzæ, anno 1618. in 4.

FRANCISCUS Ortiz Lucius, Ordinis Minorum Hiſpanus, in libro Locorum communium, littera C. verb. Conceptio, *de Conceptione Virginis MARIÆ*, locum ſeu annotationem. Agit etiam *de immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali*, verb. Limpieza. Lib. impreſſ. Compluti, anno 1592. in folio.

Item, in Homilijs ſuper Pſalmum 50. parte 1. Homilia 7. fol. 119. *Quòd B. Vigro MARIA fuit præſervata, ne caderet in originale, ex prævisa morte Domini noſtri IESV Chriſti*, &c.

Item, tomo 2. Homilia 49. fol. 409. ait: Nam cùm ipſa eſſet maximè redempta; quia, ex morte Chriſti præviſa, *fuit ab omni labe præſervata*; æquum fuit, ut quæ altiori modo quàm cæteri fructum Crucis participabat, vehementiùs quàm cæteri Crucifixo condoleret. Et poſt pauca: Plena illuſtri ſapientiâ, *præſervata ab omni macula*, & ob id maximè redempta, &c. Lib. impreſſ. Compluti, anno 1549. in 4.

Item, ſcripſit Epiſtolam Dominæ Catharinæ Arias, Moniali in Monaſterio *Conceptionis Virginis MARIÆ* de Guadalaxara. Extat in libris ejus Epiſtolarum familiarium, folio 45. Lib. impreſſ. Barchinone 1552. in fol. Item, ibidem in ſuis Carminibus Hiſpanicè ſcriptis, quæ ſunt ad finem



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

libri Epiſtolarum ſupra citati, fol. 99. ſic de B. Virgine MARIA inquit:

*Alabado ſeais por ſiempre,*
*Al fin que determinaſteis,*
*Vna Virgen fabricaſteis,*
*De culpa la præſervaſteis,*
*Sobre el mundo la encumbraſteis.*
*Y MARIA la llamaſteis, &c.*

Lib. impreſſ. ut ſupra.

Item, in libro: Jardin de amores ſantos, y lugares comunes doctrinales, in indice concionatorio, *de Conceptione Deiparæ Virginis MARIÆ, &c.* Lib. impr. Compluti 1589. in fol. ibique citat aliquos Doctores pro immunitate Virginis MARIÆ.

Item, in Compendio vitæ Sanctorum, ad diem 8. Decembris, *de feſtivitate puriſſimæ Conceptionis Dominæ noſtræ Virginis MARIÆ* Legendam, à fol. 46. uſque 49. Lib. impreſſ. Matriti 1607. in fol.

Item, in libro de Myſterijs ſacroſanctæ Paſſionis Chriſti, parte 3. tractatu 60. de Transfixione Virginis MARIÆ, fol. 173. *Quòd Deipara fuit præſervata à peccato originali.* Lib. impreſſ. Compluti, ann. 1578. in 4.

Item, in libro de Ornatu animæ, cap. 4. folio 28. Quòd caro Chriſti fuit pura, *quia ex puriſſimis ſanguinibus Virginis MARIÆ, &c.* Lib. impreſſ. Compluti 1549. in 4.

FRANCISCUS de Oſuna, Ordinis Minorum Hiſpanus, Minorita communiter dictus, in Sanctuario Biblico *de Conceptione B. Virginis* Sermonem unum, vel potiùs ſunt ſeptem, ſuper illa verba: Ipſa conteret caput tuum, à fol. 179. uſque 208. Lib. impreſſ. Toloſæ 1533. in 4. Et ibidem, *de Conceptione Virginis MARIÆ* Sermonem, qui eſt in ordine 5. folio 17.

Item, in parte Meridionali Sermonem alterum *de conceptione Beatæ MARIÆ*, ſuper Evangelium: Ecce Rex tuus venit tibi. Romæ 1590. in 4.

Item, ſuper illa verba: Beatus venter, qui te portavit, pro primo Sabbato Quadrageſimæ, *de Ventre prædeſtinationis*, in parte Occidentali. Impreſſ. Venetijs 1572. in 8. & Pariſijs 1546.

Item, in libro de Quinque plagis Domini noſtri JESU CHRISTI, cap. 9. Quòd caro B. Virginis MARIÆ, præfigurabatur in arca, cujus materia fuit ex lignis ſethim imputribilibus; *quia caro Beatæ Virginis ac Filij immunis fuit ab omni corruptione peccati.* Ex libro Latinè reddito per Sebaſtianum Hugolinum, & impreſſ. Romæ 1616. in 4.

Item, in parte Occidentali, Sermone feriæ 4. primæ Dominicæ Quadrageſimæ, folio 207. inquit: Ad noſtram domum prior venit dæmon, quando in originali peccato concipimur, quo replemur morticinio & ſcaturigine cæterorum peccatorum; *tamen in MARIAM prior venit Spiritus Sanctus, qui duas operatus eſt Conceptiones immunes*, ſcilicet MARIÆ & Chriſti, quoniam prior ad poſteriorem ordinabatur; ideoque de ijs dictum eſt: Age Conceptiones tuas. Lib. impreſſ. Venetijs 1572. in 8.

Item, tomo 1. ſuper Miſſus eſt, &c. ad illa verba; Ave gratiâ plena, à cap. 56. uſque 73. plura invenies *pro immunitate ac munditia Virginis MARIÆ à peccato & omni macula.* Impreſſ. Antuerpiæ 1535. in 8. Et parte 2. ſuper Miſſus eſt, feria 3. ſecundæ Dominicæ Adventûs, *de Conceptione MARIÆ*, ſuper Miſſus eſt, ad litteram Sermon. & incipit: In lib. Judicum. Et ibid. feria 4. Dominicæ 2. Adventûs, *de Conceptione Virginis MARIÆ*; incipit etiam: In libro Judicum. Et feria 5. ſecundæ Dominicæ Adventûs, *de Conceptione B. MARIÆ*; incipit: Quia forſitan. Hæc omnia extant à folio 73. uſque 100. Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1535. in 8.

Item, in 1. parte Abecedarij ſpiritualis, in quo agitur de circumſtantijs Paſſionis Chriſti Domini, tract. 21. capite 5. folio 156. De una coſa eſpecial en que Chriſto quiſo igualar a ſu Santiſſima Madre aſſi, que fue en padecer *ſin tener culpa, &c.* Lib. impreſſ. Burgis 1537. in 4.

Item, in libro dicto: Norte de los Eſtados, de Statu parvulorum, folio 92. à tergo, vocat Virginem MARIAM ſiempre Virgen, *ſin macula, ni mancilla, &c.* Lib. impreſſ. Burgis 1550. in 4.

FRANCISCUS de Ovando, Mogollon de Paredes, Ordinis Minorum Hiſpanus, in lib. 4. Sententiarum, diſtinct. 4. propoſitione 3. folio 11. *Quòd B. Virgo MARIA, quantumvis in utero ſanctificata, fuit baptizata*, niſi fortè in ea fuit ratio diſpenſandi, quia habuit in Conceptione Filij illam plenitudinem gratiæ, ad quam Deus diſpoſuit illam pervenire, &c. Lib. impreſſ. Matriti 1567. in 4.

Item, in Breviloquio ſuper 4. libros Sententiarum, in 3. lib. diſtinct. 3. de Sanctificatione B. Virginis MARIÆ, *pro ejus immunitate ac præſervatione à peccato originali* ponit Propoſitiones ſexdecim ubi la... de hoc myſterio, à folio 22. uſque 41. *Vide ibi.* Lib. impreſſ. Salmanticæ 1584. in 4.

FRANCISCUS de Oviedo, Societatis JESU Hiſpanus, in primam ſecundæ Sancti Thomæ, controverſia 9. tractatu 6. puncto 12. num. 6. agens de peccato originali, ita ſcribit: Si Deus ſpeciali privilegio aliquem ex Adamo deſcendentem ab originali præſervaſſet, *ſicut præſervavit Beatam Virginem, &c.* Et in eodem tomo, controverſia 9. puncto 1. num. 1. ait: Nullus Doctor Catholicus negat in omnibus ex Adam deſcendentibus hoc peccatum reperiri, ſcilicet originale, *dempta Beata Virgine*, quam poſitivè non comprehendi univerſali illa regula, conſtat ex Tridentino, ſeſſ. 5. canon. 5. Lib. impreſſ. Lugduni 1646. in folio. Et hanc eandem Concluſionem defendit in publicis Theſibus Compluti. Impreſſ. anno 1645.

FRANCISCUS Pacheco Hiſpanus, edidit Opuſculum ſub hoc titulo: Apacible coloquio entre un Congregado, y un Tomiſta, tratando de la *Concepcion Immaculada de la Virgen Sanctiſſima Señora nueſtra, &c.* Lib. impreſſ. Hiſpali 1620. in 4.

FRANCISCUS Pacheco de Toledo Hiſpanus, ac Cardinalis S.R.E. tit. S. Crucis in Hieruſalem, & Archiepiſcopus Burgenſis, in Conſtitutionibus Synodalibus à ſe editis, ſic inquit: *Conceptio Dominæ noſtræ*, die 8. Decembris obſervabitur in hac civitate, pro voto facto; & non manducandæ carnes in vigilia ipſius; & in pluribus alijs locis hujus Archiepiſcopatûs obſervatur hæc feſtivitas ex devotione. Concedimus autem obſervantibus hanc feſtivitatem octoginta dies Indulgent. &c. Vide verb. Burgenſis Eccleſia. Ex Porpura Mariana, fol. 154.

FRANCISCUS de Padilla, Canonicus Malacenſis Hiſpanus, in Hiſtoria ſanctiſſimæ Domus, ac Sanctuarij Dominæ noſtræ Lauretanæ, in Litanijs inquit: *Per ſalutarem Conceptionem tuam*, libera nos Virgo glorioſa, &c. Lib. impreſſ. Matriti 1588. in 8.

FRANCISCUS de Pamplona, Ordinis Minorum Hiſpanus, ſcripſit Poëmata, in quibus fatetur

*tetur Deiparam MARIAM fuiſſe immunem à peccato originali.* Ita Sanct. Zapata, in Tractatu de Conceptione, fol. 160. ubi habet etiam alia Carmina.

FRANCISCUS Panigarola, Ordinis Minorum Italus & Epiſcopus Eſtenſis, in Lectionibus dogmaticis contra Calvinum, lect. 7. fol. 103. affirmat: *Quòd Virgo MARIA præſervata fuit à peccato originali;* ſed mortua ex conditione naturæ, non ex culpæ pœna, &c. Lib. impreſſ. Italicè Ferrariæ 1585. in 8.

Item, in Homilijs habitis anno 1580. Romæ, in feſto Sancti Joannis Baptiſtæ, agit de quæſtione: *Utrum Virgo MARIA fuerit priùs in peccato concepta, deinde ſanctificata, vel potiùs præſervata?* &c. Lib. impreſſ. Venetijs 1600. in 8. fol. 41. à tergo. Item, ibidem Sermone de Aſſumptione, parte 1. folio 137. inquit: Veluti multa in ſacris Litteris explicitè ſcripta non inveniuntur, quæ tamen, ut ab Eccleſia tradita, omnino credenda ſunt; ita multa neque ſcripta explicitè, neque determinatè tradita inveniuntur, quæ tamen credere pium eſt, & magis rationi conſonum. Quòd non omnia credenda ſcripta ſint, hoc contra ſui temporis Hæreticos, omnes ferè Patres probaverunt. Sic Baſilius contra Eunomium; ſic Irenæus contra Valentinum; ſic Athanaſius contra Arianos; ſic Tertullianus contra Marcionem; ſic Origenes contra Celſum: ſic omnes. Quòd verò multa vera ſint, quæ nondum Eccleſia explicavit, hoc ex ejus loco Evangelij pendet, ubi Joannis 16. de Spiritu Sancto loquens Chriſtus: Ille (inquit) quæcumque audiet, loquetur; & quæ ventura ſunt, annuntiabit vobis: & omnes Patres, quoties (addunt) occaſio data fuerit, ſicut ibi de eodem dicitur: Ille docebit vos omnem veritatem, ſucceſſivè exponunt, non ſimul; quaſi dicant: multa vera eſſe, quæ tamen nondum determinatè docere voluit Eccleſia; quia ut aurora conſurgit, & uſque ad conſummationem ſæculi vult habere, quæ determinet. Ante Concilium Nicænum verum erat nomen Homouſion, non tamen determinatum; dedit occaſionem Arius, & determinatum eſt. Ante Concilium Epheſinum verum erat nomen Deiparæ, nec tamen determinatum; dedit occaſionem Neſtorius, & determinatum eſt. Ante Concilium Lateranenſe verum erat, ſed non determinatum nomen Tranſubſtantiationis; dederunt occaſionem Hæretici, & determinatum fuit. Ante Concilium Carthaginenſe aliqui libri verè erant Catholici, nec tamen determinati; dedit occaſionem hæreſis, & Spiritus Sanctus docuit. Unde duæ regulæ naſcuntur; altera Scholaſticorum, quâ dicunt argumentum de auctoritate Eccleſiæ negativa non valere; quia non poſſumus dicere: Eccleſia non determinavit *Conceptionem Virginis ſine peccato originali;* ergo nullo pacto eſt tenenda. Altera, quòd ubi duæ opiniones ſalvari poſſunt oppoſitæ, quarum nullam Eccleſia determinavit; ea profectò magis eſt amplectenda, quæ magis pia videtur, ad quam magis Eccleſia videtur inclinari, & quam à Doctoribus ſtudioſiùs approbari, & majori conſenſu recipi videmus. Inter quas, ſi aliqua opinio talis, ea potiſſimùm eſt hæc, quam pertractamus de Aſſumptione corporis Virginei, cùm non modò non ſit reijcienda, quia Eccleſia non determinavit; ſed ſtudioſiùs amplexanda, quia tota ferè Doctorum acies eam tutatur, ut videmus. Et folio 141. Quòd MARIA mortua eſt ex conditione naturæ, non ex pœna peccati.

Item, in lib. Pſalmorum Pœnitentialium, in Kalendario adducit feſtivitatem Conceptionis. Et alibi vocat Virginem *ſpeculum ſine macula.* Et fol. 46. depingit imaginem Immaculatæ Conceptionis, cum hac inſcriptione: *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ,* &c. Extat lib. impreſſ. Venetijs 1588. in 24.

FRANCISCUS de Pareja, Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Sermone de Sancto Joſepho, fol. 14. inquit: Es verdad, que avia Dios de ſanctificar al Bautiſta pero haſta que eſtuvieſſe de lante MARIA no era tiempo; porque eſta ſoberana Señora es la fuente donde ſe depoſitan las aguas *de la gracia original, &c.* Vide alia ibi, præcipuè inferiùs, ubi de præſervatione ejuſdem Virginis à culpa Adami. Lib. impreſſ. Hiſpali 1653. in 4.

FRANCISCUS à Paterno, Ordinis Minorum Italus, habuit quandam *de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione* Meditationem. Dum igitur copioſis lachrymis, & prolixa oratione Deum unicè precaretur, quatenus claro veritatis lumine hujus omnino dubitationis tenebras depelleret; hanc tandem in cœlo vocem perſonantem percepit: Gaudeamus omnes in Domino diem feſtum celebrantes, ſub honore B. MARIÆ Virginis, *de cujus Conceptione* gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei, &c. Sic in libro: Flores Seraphici, per Fr. Carolum Aremberg Bruxellenſem, tom. 2. Annalium, ad annum 1598. num. 57.

FRANCISCUS, Patriarcha Hieroſolymitanus, & Nuntius Apoſtolicus; Conſtitutionibus Apoſtolicis inhærendo, per diffinitivam ſententiam condemnavit Fœlicianum Perez, Ordinis Prædicatorum, propter Sermonem prædicatum in Civitate Civitaten. (Hiſpanicè Ciudad Rodrigo) poſt Decretum Sanctiſſimi Pauli V. *contra myſterium Conceptionis,* ad Suſpenſionem à divinis, necnon privationem officiorum & dignitatum, ac inhabilitatem ad ea, &c. Habemus copiam manuſcriptam.

FRANCISCUS Pavo Catanzarenſis, Societatis JESU, in prima parte Inſtitutionis Congregationis Clericorum Aſſumptionis Neapol. Inſtruct. 1. cap. 17. fol. 173. agit de æterna prædeſtinatione Virginis MARIÆ, *ac ejus Immaculata Conceptione abſq; originali peccato.* Item, Inſtructione 10. cap. 2. fol. 833. atque 837. agit *de eadem Immaculata Conceptione.* Et in Catalogo Sermonum ſeu Evangeliorum, adducit indicem concionatorium *pro Conceptione Virginis MARIÆ.* Impreſſ. Neapoli, anno 1629. in 4.

Item, in 1. parte Meditationum ejuſdem Congregationis, meditat. 26. fol. 331. *Quòd Beata Virgo MARIA fuit præſervata à peccato originali.* Et in parva Corona, fol. 346. *de Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. Neapoli, anno 1630. in 8. Et in 1. parte, medit. 33. punct. 2. folio 441. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ,* latè uſque ad fol. 448. Et in 3. parte Meditationum, punct. 3. §. 6. ad illa verba: Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto, ex MARIA Virgine, folio 107. *Quòd MARIA Virgo ab inſtanti ſuæ Conceptionis fuit abſque omni macula peccati, etiam originalis,* &c. Lib. impreſſ. Neapoli 1161. in 8.

Item, in libro dicto: Meditationi d' ei ſacri Gigli ò vero eſſercitio divoto, ſopra l' ſette belleze, ſette dolori,

dolori, ſette allegreze della Vergine noſtra Signora, puncto 2. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, à folio 24. uſque 73. Lib. impreſſ. Neapoli, anno 1627. in 12.

FRANCISCUS de Peña Hiſpanus, in Vita Sancti Didaci, Ordinis Minorum, lib. 2. cap. 73. agit de miraculo ab ipſo Sancto patrato, circa fœminam Mariam de la Peña, *coram imagine Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Compluti. Ita Emmanuel de los Angeles, libro de Conceptione, tract. 4. diſcurſu 5. folio 263. Antonius Calderon, folio 321. & alij.

FRANCISCUS Perez de Marſulla, Ordinis Minorum Italus, edidit Opuſculum in charta expanſa, cujus titulus eſt: Anticha devotione *verſo la Immacolata Concettione della Beata Vergine MARIA*, per implorare l'divino ajuto alle Donne nel partorire è ai Bambini nel naſcere, &c. Extat impreſſ. Panormi 1646. in folio, cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRANCISCUS Perez Garcia, Notarius Apoſtolicus Hiſpanus, dedit ſequens teſtimonium: Notorio, y manifieſto ſea à todos los que el preſente teſtimonio vieren, oyeren, y leyeren; como en la Alma Ciudad de Roma, en el año de Nueſtro Señor, y Redemptor JESU CHRISTO 1624 en la indicion 7. à cinco del mes de Agoſto, dia de Nueſtra Señora de las Nieves, y del Pontificado de nueſtro muy Santo Padre Urbano, por la Divina providencia Papa VIII. el año primero, ante mi el Notario publico Apoſtolico infraſcripto, pareciò perſonalmente el Illuſtre Señor Don Gaſpar de Benemerin Infante de Fez, reſidente al preſente en eſta Alma Ciudad de Roma, y me pidio, y requiriò le hizieſſe una fe, verdadero, y autentico teſtimonio, de como en la Igleſia Paro uial de Santa Maria la Mayor de la miſma Ciudad de Roma, domde ſucedio el milagro de las Nieves, que la Igleſia celebra en la Capilla que hizo, y fundò la Santidad del Papa Paulo V. de buena memoria, eſtando al preſente tres lamparas grandes de plata, que ſiruen al altar Mayor de nueſtra Señora, titular de la dicha Igleſia; y en cada una dellas, eſta una vanderola de hoja de plata al modo de flamula, ò gallardete, en que con letras claras, y legibles, eſtàn por una parte los dos verſos ſiguientes: *Ave MARIA, Alleluya: Gratiâ plena, Alleluya.* Y por la otra parte, que ſe correſponden otros dos verſos, dize aſſi: *Concepta, Alleluya: Sine macula, Alleluya.* Las quales le puſieron el dia de Santo Domingo, quarto del dicho mes à las primeras Viſperas de Nueſtra Señora de las Nieves; y por tanto, &c. Extat hoc teſtimonium ſignatum à prædicto Notario; & ſigillum continet imaginem Immaculatæ Conceptionis & duas claves D. Petri, cum his litteris *Sine originali concepta.* Habemus hoc teſtimonium manuſcriptum in Archivo Sancti Franciſci Matritenſis Curiæ.

FRANCISCUS Petrarcha, Poëta laureatus Italus, in Cantione ad Beatam Virginem MARIAM, ſparſim pro ejus immunitate hæc habet:

*Vergine bella, che del' Sol veſtita*
*Vergine ſaggia, & del' bell' numero una*
*Vergine pura, de ogni parte intiera,*
*Vergine ſantta, d' ogni gratia piena,*
*Vergine ſola al mondo ſenza eſſempio,*
*Vergine chiara, è eſtabile in eterno.*

Hæc reperies ad finem ejus Operum. Impreſſ. Baſileæ 1554. in folio. Et in libro: Il ſacro Tempio, ex varijs Poëtis, folio 25.

Item, in quadam Oratione ad Virginem citat pro pia opinione *de Puritate Conceptionis Virginis MARIÆ*, à R. P. Joanne Euſebio Nieremberg. libro de Exceptionibus, cap. 27. folio 504.

FRANCISCUS Pettià Sanctoella, Abbas Italus, in libro Odarum, lib. 1. ode 4. folio 13. ad Virginem Aſſumptam, inquit:

*Nec venenatâ voluit ſagittâ*
*Integram tangi, niveamq; labis,*
*Quam trahit proles genitoris icto*
*Semine primi, &c.*

Lib. impreſſ. Neapoli 1634. in 4.

FRANCISCUS de Picart, Doctor Pariſienſis Gallus, ſcripſit Sermonem *de Conceptione Virginis MARIÆ* in libro Sermonum, ſeu inſtructionum Chriſtianarum, ubi ejus præſervationem à peccato originali apprimè adſtruit. Impreſſ. Pariſijs 1564. in 8. & 1570. Et in libro Serm. Adventualium, fol. 85. in Serm. de Nativitate glorioſæ V. MARIÆ: *Quòd fuit concepta abſq; macula & peccato originali.* Lib. impreſſ. Pariſiis 1568. in 8. Et in eodem libro: Recueil des Sermons de tous les jours de l'Advent, feſtes, &c. à folio 55. pro feria 2. Dom. 2. Adventûs: Quæcumquæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, habet *Sermonem de Conceptione*, in quo aſſerit Virginem *fuiſſe conceptam in gratia, & ſine macula.* Item, folio 59. pro eadem die *Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermonem, in quo latè de *ejus præſervatione.* Impreſſ. Pariſijs 1561. in 8. & 1568.

Item, compoſuit *officium Conceptionis Virginis MARIÆ*, quo utuntur Sanctimoniales Monaſterij Chelenſis Ordinis S. Benedicti; quod fuit editum Pariſijs per R. P. Hilarionem de la Coſte Minimum, 1658. in 8. Neſcio, an ſit diſtinctus à præcedenti.

FRANCISCUS Pichon & Merinero, Ordinis Minorum Hiſpanus, in libro de Deo Incarnato, diſput. 1. cap. 2. ſect. 4. folio 34. num. 51. *Quòd Virgo MARIA fuit ex morte Filij ſui præſervata in executione*, & ex meritis Chriſti quoad ſubſtantiam, &c. Lib. impreſſ. Toleti 1659. in 4.

Item, *de hac ipſa præſervatione à peccato originali* agit in Tractatu de Peccato originali; ut ipſemet dicit ibidem.

FRANCISCUS de Pietate Maçiel, Ordinis Prædicatorum Hiſpanus ex India Orientali, in Collectione Expoſitionum Sanctorum Patrum, Doctorumque clariſſimorum in utriuſque Teſtamenti hiſtorias, in tres partes diſtributa, &c. in Geneſim textu 7. capite 1. num. 145. folio 87. ad illa verba: Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram, inquit ex Hugone de Sancto Caro: Quæ verba, etſi de æterna Verbi generatione ad litteram intelligantur, cùm Eccleſia accommodet illa *Conceptioni B. Virginis*, non eſt mirum, quòd illa verba non poſſint, neque à profundiſſimæ ſapientiæ viris clarè colligi ex ulla parte ſacræ Paginæ; nam multò longiùs talis abyſſus ab æterno proceſſit. Atque in indice, inquit: *MARIÆ Virginis Beatiſſimæ Conceptionis Immaculatæ myſterium*, non eſt mirum, ſi neque exprimatur in Scriptura, neque clarè cognoſcatur à Sanctis, & viris doctis. Lib. impreſſ. Neapoli 1636. in fol.

FRANCISCUS de la Piedad, Doctor Hiſpanus, ſed eſt nomen ſuppoſitum; nam abſque aliqua controverſia fuit ex Ordine Prædicatorum, in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in Theatro Jeſuitico, ſive Apologetico, &c. fol. 235. agit de *Virginis Conceptione*, & folio 388. inquit: Ordenoron una fieſta, Seria *de la Concepcion puriſſima de la Madre de Dios, &c.* Lib. impreſſ. Conimbricæ 1654. in 4.

FRANCISCUS Pimentel, Societatis JESU Hiſpanus, Regius Concionator, ſcripſit Sermonem ſub hoc titulo: *Sermon de la Concepcion de N. Señora* en el primer dia de la octava, que ſe hizo à la milagroſa imagen de nueſtra Señora del Buenſuceſſo, en el Real Hoſpital de la Corte, con ocaſion de la dedicacion de la Capilla, y Retablo. Lib. impreſſ. Matriti 1647. in 4.

Item, in libro dicto: Exequias, tumulo, y pompa funeral, que la Univerſidad de Salamanca hizo en las honras del Rey nueſtro Señor Don Felipe Tercero, en 5. de Junio de 1621. Extat Sermo ejuſdem Patris, in quo pag. 93. §. 1. agit de devotione ejuſdem Regis *ad myſterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Imp. eodem anno in 4.

Item, in alio Sermone ejuſdem aſſumpti, fol. 34. agit latè de eadem devotione Regis *erga Conceptionem*. Impreſſ. ibidem; incipitque: Salio de Milan.

FRANCISCUS Pinelo, Ordinis Prędicatorum Hiſpanus, in quadam Cantione de Aſſumptione Virginis MARIÆ, ita cecinit:

*Como azucena os plantò*
*Con propriedades divinas*
*Quien las tiene y os las dio*
*Virgen entre las eſpinas*
*De que Adan nos heredo.*

Extat apud Simonem Diaz, in lib. Dominæ noſtræ de la Fuenſisla, folio 160.

FRANCISCUS de Piſa, Decanus Univerſitatis Toletanæ Hiſpanus, in deſcriptione ejuſdem Civitatis, &c. lib. 5. cap. 8. num. 9. fol. 235. *de Capella Immaculatæ Conceptionis* erecta à D. D. Franciſco Ximenio de Ciſneros, in Palatio Archiepiſcopali, &c. Lib. impreſſ. Toleti 1617. in fol.

FRANCISCUS de Pitygianis Aretinus, Ordinis Minorum Provinciæ Hetruriæ Italus, in 3. Sententiarum Scoti, diſtin. 3. quæſt. 1. *Utrum B. Virgo MARIA fuerit concepta in originali peccato?* artic. 1. ait: Non ſolùm eſt verum, ſed neceſſariò tenendum, quòd licèt Beatiſſima Virgo non contraxerit originale peccatum, contraxit tamen debitum incurrendi peccatum originale, id eſt, contraxit naturam obnoxiam & ſubiectam obligationi & neceſſitati incurrendi peccatum, niſi præveniretur à Deo impediente fluxum peccati, &c. Item: *Quòd B. Virgo MARIA in propria perſona contraxit debitum incurrendi originale peccatum.* Item, artic. 1. *Quòd Deus de potentia abſoluta potuit præſervare Virginem MARIAM ab omni peccato*; ita quòd in puncto animationis ſanctificaretur à Deo per gratiam ſibi infuſam. Item: *Quòd fuit poſſibile, Divam Virginem fuiſſe tantùm per unum inſtans in peccato originali.* Item, artic. 4. *Quòd Deus facere potuit, quòd Virgo fuiſſet in peccato per aliquod tempus, & in ultimo illius temporis inſtanti purgaretur.* Item, artic. 5. *Quòd B. Virgo fuit præſervata ab originali peccato*; quam Concluſionem latiſſimè pertractat & defendit. Item, artic. 6. Quòd veritas *de Immaculata Conceptione* ab Eccleſia diffiniri poteſt, quando expedire judicaverit; uſq; modò tamen de hac controverſia nihil eſſe ab Eccleſia definitum; atque adeò ſententiam non eſſe de Fide; non tamen poſſe verè dici hæreſim eſſe, nec impium ſeu temerarium, aſſerere Virginem fuiſſe conceptam in originali peccato: nec eſſe peccatum mortale aut veniale, ſentire B. Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali, aut ſentire oppoſitum, ſecluſo ſcandalo & pertinacia. Et artic. 7. Quòd ſit certum *Beatam Virginem fuiſſe ſanctificatam in utero Matris ſuæ*, quod non ſolùm piè & probabiliter credendum eſſe affirmat; nec eſſe apertum dogma hæreticum hoc negare; quia veritas hæc non eſt expreſſè diffinita, aut tradita tanquam de Fide: tamen erroneum eſſe cenſet, vel ſaltem errori proximum, &c. Item, artic. 8. *Quòd B. Virgo habuit uſum rationis in inſtanti ſuæ Conceptionis & ſanctificationis*; & quòd cognitio, quam in primo inſtanti ſuæ Conceptionis habuit, fuit potiſſimè circa Deum, & circa Chriſtum; & quòd hæc cognitio fuit per actum Fidei perfectum, & ſemper duravit. Item, artic. 9. *Quòd Beata Virgo fuit ſanctificata per propriam diſpoſitionem.* Quomodò autem ſit intelligendum, latè explicat. Item, artic. 10. *Quòd B. Virgo in ſua ſanctificatione habuit gratiæ plenitudinem*, omnes virtutes per ſe infuſas, omnia Spiritus Sancti dona, & omnes gratias, quæ dicuntur gratis datæ. Item, artic. 11. *Quòd gratia B. Virginis in prima ſanctificatione non habuit gratiam conſummatam*; & quòd ſemper gratia recipiebat augmentum per bona quæ faciebat opera; nec accepit gratiam ſummè intenſam, habuit tamen intenſiorem gratiam, quàm quilibet homo, vel quilibet Angelus in prima ſua ſanctificatione habuerit; atq; pium & veriſimile eſſe, credere, gratiam Virginis in prima ſanctificatione intenſiorem fuiſſe, quàm ſupremam gratiam, in qua conſummantur Angeli & homines. Item, artic. 12. *Quomodò Virgo MARIA aliquando habuerit fomitem peccati, vel quando fuerit ſublatus?* quod latè explicat. Item, artic. 13. *Quòd Beata Virgo nunquam amiſit gratiam, quam in prima ſanctificatione accepit*, quòd in ea cōfirmata, & donum gratiæ & ſingulare Dei auxilium accepit, ita ut *nec leviſſimam culpam unquam commiſerit.* Item, artic. 14. ait: *Beata Virgo in hac vita non fuit impeccabilis ab intrinſeco, ſeu ad modum Beatorum; benè tamen in prima ſanctificatione talia dona gratiæ & auxilia recepit, ut infallibiliter nunquam peccaret*; & hæc confirmatio in bono non fuit formaliter diverſa ab ea, quam in ſecunda ſanctificatione habuit; ſed ſolùm potuit differre ſecundùm magis & minùs: & formaliter loquendo, non magis fuit impeccabilis poſt ſecundam ſanctificationem, quàm poſt primam: quia poſt utramque ex vi intrinſecæ diſpoſitionis peccare poterat. Unde in ſenſu diviſo, atque ſimpliciter dici poteſt habuiſſe ſemper potentiam peccandi: ab Incarnatione tamen Verbi habuit certitudinem de ſua confirmatione in gratia. Extant hæc omnia in lib. impreſſ. Venetijs 1613. & 1622. in fol.

Item, in Commentarijs ſcholaſticis in Geneſim, ad illa verba: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erât valde bona, fol. 149. quæſt. 11. inquirit: Utrùm V. MARIA fuerit *purior* ac melior creatura, quæ potuit eſſe vel creari? &c. Cui reſpondet affirmativè. Item, de maledictionibus ſerpentis, & contra eum latâ ſententiâ, quæſt. 10. fol. 559. *& de puritate & ſanctitate* Virginis MARIÆ poſt Chriſtum, & quomodò contrivit caput ſerpentis, &c. Lib. impreſſ. Venetijs, anno 1615. in 4.

FRANCISCUS Plachy Bohemus, Societatis JESU, ſcripſit *pro Immaculata Virginis Conceptione*; ut teſtatur Franciſcus Maria Piſtoia, in MARIA triumphante, corona 2. capite 5. folio 157.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FRANCISCUS Poiré, Societatis Jesu Gallus: La triple couronne de la glorieuſe Vierge Mere de Dieu, cap. 8. tract. 1. fol. 73. agit mentionem *de Militia Chriſtiana Immaculatæ Conceptionis*, fundata tempore Pauli V. & confirmata, &c. Pariſiis 1638. in 12. & 1653. & Cramoyſi 1630. & 1633. in 4. Et Stella 7. agit *de Immaculata Conceptione, & ejus præſervatione*: imo tota eſt ſuper hoc; & per alias ſequentes latiſſimè.

FRANCISCUS Poligranus, Ordinis Minorum, 3. parte Poſtillarum, ſive Enarrationum in Evangelia, *in die Conceptionis MARIÆ* Sermonem ſeu Homiliam, à folio 32. uſque 47. Lib. impreſſ. Coloniæ 1559. in 8.

FRANCISCUS Ponce de Leon, Poëta Hiſpanus, edidit Cantionem *de illibato Conceptu Deiparæ MARIÆ*. Extat apud Ferriol, in lib. de Concept. folio 74.

FRANCISCUS Porto-Carrero Hiſpanus, in vita S. Ildephonſi, cap. 19. agit *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert P. Euſeb. in Sacr. folio 25.

FRANCISCUS Quareſmius, Ordinis Minorum Italus, *de Immaculata Conceptione Sanctiſſimæ Virginis MARIÆ, & ab omni peccato præſervatione*, ob ſacra Vulnera & Chriſti Paſſionem, Opuſculum unum in ſeptem Sectiones diviſum. Extabat tom. 2. Operum de Vuln. Chr. cap. 14. à fol. 196. uſque 221. Sed quorumdam diligentiâ fuit Tractatus ille inde extractus. Impreſſ. Venetiis 1652. in fol.

Item, ſcripſit pro Confraternitate Sanctiſſimi Stellarij *illibatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* Tractatum unum. Impreſſ. Panormi 1648. ſub nomine ſuppoſito in 4.

Item, in Apparatu pro reductione Chaldæorum ad Catholicam Fidem, lib. 8. capite 4. de Duodecim diebus feſtivis menſis Januarij, circa obſervationem feſti S. Joannis Baptiſtæ: Quòd Eccleſia celebrat *feſtum Conceptionis, & Nativitatis B. Virginis MARIÆ* ob illorum dierum ſingularem ſanctitatem, virtutem & dignitatem: & quia *Beata Virgo MARIA ſine peccati labe, Dei munere, concepta* & in lucem edita fuit. Ita in manuſcriptis libris, quos apud me habui Romæ, & extabant tomo 3. folio 181. Item, cap. 15. de Diebus feſtivis Chaldæorum: Quòd Bernardus ſubindignatus fuerit Canonicis Lugdunenſibus, eò quod novam inducerent celebritatem *Conceptionis B. Virginis MARIÆ* obtentu cujuſdam ſupernæ revelationis; non quia illa ſancta non eſſet, & veneratione digna: ſed quia illam celebrabant ſine Romani Pontificis, & Catholicæ Eccleſiæ auctoritate. Ibidem, fol. 246.

FRANCISCUS Quevedo Villegas, Eques auratus, in libro cujus titulus eſt: Virtud militante contra las quatro peſtes del mundo, embidia, ingratitud, ſobervia y avaritia, &c. fol. 85. loquens de Domo Lauretana, quare adducta fuerit inter Chriſticolas, quando alia ſacra loca remanſerunt apud Infideles; ſic inquit pro præſervatione Virginis à peccato originali: La caſa de MARIA antes y deſpues y ſiempre fue alvergue de toda ſoberana ſantitad, y por eſſo ſu hijo quiere que aquella caſa y ladrillos, y piedras que ſu madre leguardo en pureza Angelica antes, ſea defendida por el deſpues de captiverio, y exaltada con tranſlacion Angelica. Pues ſi cuida con tal providentia, eſtando triumfante à la dieſtra del Padre, de la decentia de la caſa en que fue concebido; quanto mas ſe deve creer *que cuido de la immunidad de aquella en que fue concebido*. Y en privilegiar la caſa de MARIA tanto deſpues, enſeña *que preſervó MARIA* mucho antes: pues con razon devio de honrrar mas el vientre y entrañas en que eſtuvo, que la caſa en que ſu madre vivia, &c. Lib. impreſſ. Cæſarauguſtæ 1651. in 8.

FRANCISCUS Quignonius, Ordinis Minorum, ac S. R. E. Cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Hieruſalem, compoſuit ac diſpoſuit juſſu & approbatione Summi Pontificis Clementis VII. Breviarium Romanum potiſſimùm ex Scripturis, & probatis Sanctorum hiſtoriis, &c. in quo officium *Conceptionis Virginis MARIÆ*: Sicut lilium inter ſpinas. Impreſſ. Lugduni 1538. fol. 770. & Venetiis 1547. in 4. regali, folio 485.

FRANCISCUS de Quintana, Rector Hoſpitalis Matritenſis Conceptionis, vulgariter la Latina, in Oratione panegyrica pro D. Joanne Perez de Montalvan, folio 9. dicit: *Quod MARIA fuit mulier fortis, quæ caput ſerpentis contrivit*. Vide ibi. Impreſſ. Matriti 1639. in 4.

FRANCISCUS de Quintanilla & Mendoza, Theologiæ Doctor Hiſpanus, de Confraternitate *puriſſimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, fundata à D. D. Franciſco Ximenez de Ciſneros, S. R. E. Cardinali, in Acclamatione impreſſa Compluti 1643. & in Diſcurſibus Complutenſibus editis à R. Patre Petro de Quintanilla, diſcurſ. 11. fol. 312. Lib. impreſſ. Romæ 1654. in 4.

FRANCISCUS Ramos, Ordinis S. Auguſtini Hiſpanus, in Sermone de Tranſitu Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, ſuper illud: Non eſt mortua puella: *Quòd Deipara fuit concepta abſque peccato originali, ab ipſo præſervata, ac Immaculata in ſua Conceptione*, &c. Et alia quamplura hujuſmodi in principio, & ſparſim per totum Sermonem; ita ut potiùs dici poſſit Sermo de Immaculata Conceptione Virginis, quàm de ejus Dormitione. Impreſſ. Hiſpali 1619. in 4.

FRANCISCUS de Res, Doctor antiquus, ſcripſit *de Conceptione Virginali* Librum unum, ex Pelbarto de Temeſvar in Stellario, lib. 5. par. 1. art. 3. Marrac. in Biblioth. fol. 434. Pilb... Corollario 2. cap. 8. fol. 228.

FRANCISCUS de Retza, Ordinis Prædicatorum, ſacræ Paginæ Profeſſor in Univerſitate Bohemenſi, in Opere ſuper Antiphonam Salve Regina, in tres Tomos diſtributo, tomo 3. in ... dicit: *Virgo MARIA ſine peccato originali concepta*. Extat manuſc. apud Prædicatores Coloniæ; ... non potuimus extrahere verba, quia ad hoc non dederunt nobis locum. De hoc Auctore facit mentionem R. P. Joann. Anton. Velazquez.

FRANCISCUS Richardot, Epiſcopus Atrebatenſis Gallus, in libro: Les Collectes des Dimenches & principales feſtes de l'Egliſe, pro ... *Conceptionis Dominæ noſtræ* Orationem, Carmen ... Deprecationem. Impreſſ. Duaci 1572. in 12.

FRANCISCUS Rincon y Benavides, Poëta Hiſpanus, in Cantione de Aſſumptione Dei Matris MARIÆ, inquit:

*Muerte al pecar fue lei para evitalla*
*MARIA (dice) y yo exception tenemos.*

Extant Carmina iſta impreſſ. in libro Sacr... Toletani, fol. 26.

FRANCISCUS Rivera Villacaſtrenſis, Societatis JESU Hiſpanus, refert opinionem illam, quod particula materiæ, ex qua Virgo MARIA formata ...

*erat, ſignata fuiſſet in Adam à diebus æternitatis* ſive ſæculi, id eſt, ab initio mundi, *& inde per ſucceſsiones ad Beatiſsimam Virginem veniſſet, &c.* Ex hac particula, ſuſtinuerunt aliqui Virginem fuiſſe conceptam abſque peccato originali. In Prophetam Michæam, cap. 5. num 37. Lib. impreſſ. Coloniæ 1599. in fol.

Item, in Epiſtol. ad Hebræos, adducit indicem concionatorium *pro die Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. Salmanticæ 1598. in 4.

FRANCISCUS Rouſſel, Ordinis Minorum Flander, in Theſibus Theologicis ſuper 3. & 4. librum Sententiarum Scoti, habitis Duaci die 16. Januarii, 9 Concluſion. de Chriſtiparę perfectione & dignitate: *Chriſtipara MARIA non ſolùm à peccato originali præſervata, ſed etiam juſtitiâ originali inſignita* probabiliter dici poteſt, &c. Impreſſ. Duaci, anno 1659. in charta expanſa.

Item, idem in Concluſionibus Theologicis de Angelo & homine, habitis Inſulis die 8. Octobris, in Concluſione 10. hæc habet: Omnes & ſoli homines qui ab Adam per naturalem & ordinariam generationem deſcendunt, peccatum hoc originale contrahunt. *Solam Deiparam excipe MARIAM, quæ licèt filia naturalis Adæ, nullas tamen peccati ipſius maculas contraxit.* Impreſſ. Inſulis, anno 1648. in charta expanſa.

Item, in Theſibus Theologicis, habitis Valencenis tempore Capituli Provinciæ S. Andreæ, ex 2. & 3. Sententiarum Scoti. 35. de Excellentia Virginis, dicit: *Virgo* MARIA inter omnes creaturas puras & mortales fuit perfectiſſima, tam in donis naturalibus, quàm ſupernaturalibus. Vera & naturalis Adæ filia fuit, ab eo deſcendit viâ ordinariâ generationis, *peccatum tamen originale non contraxit.* Titulus ille *Immaculata, non ſolùm Virgini aut MARIÆ, ſed etiam ipſius Conceptioni* tribui poteſt, &c. Habitæ fuerunt Valencenis die 9. Maij, & impreſ. anno 1659. in charta expanſa.

Item, idem in Theologia Scoti, ſive Concluſionibus habitis Valencenis die 20. Aprilis pro Comitiis Provincialibus, columna 2. Concluſione 2. agit incidenter *de exceptione Virginis à peccato originali.* Et Concluſio 9. ſub titulo: Chriſtiparæ perfectio & dignitas; eſt *de præſervatione Virginis à peccato originali.* Impreſſ. Valencenis, anno 1653. in charta expanſa.

Item, idem in Theologia Scoti de Chriſto Domino, ejuſque puriſſima Matre MARIA, habita Inſulis die 13. Maij in Comitiis Provincialibus, à Concluſione 5. & deinceps agit *de Conceptione Virginis MARIÆ & ejus præſervatione à peccato originali*, & quòd hoc poſſit ab Eccleſia definiri, latè per plures Concluſiones. Impreſ. Duaci 1650. in charta expanſa.

FRANCISCUS de Roxas, Poëta Hiſpanus, in Comœdia de quadam Areptitia, fol. 133. inquit:

*Que es el que me ha defendido*
*Por tener yo devocion*
*A ſu limpia Concepcion.*

Lib. impreſſ. Matriti 1652. in 4.

Item, in Comœdia, cujus titulus eſt: El Martyr de Portugal, Scena 2. agit *de Eccleſia Conceptionis exiſtente* in civitate Ceutæ in Africa. Lib. impreſſ. Cæſarauguſtæ 1654. in 4.

FRANCISCUS de Roxas Toletanus, Ordinis Minorum, in Concord. Evangelic. 4. Evangeliſtarum, juxta tranſlationes litterales, &c. tom. 1. circa præcipuam Evangelij partem, quam Catholica Mater Eccleſia *in Conceptione Deiparæ Virginis*, juxta ritum Fratrum Minorum concinit, Concordantiam unam; & ſimiliter in feſto *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* Sermones duos, à fol. 46. uſque 70. Lib. impreſſ. Matriti 1621. in fol.

Item, in Elucidario *Virginis MARIÆ, de ejus Immaculata Conceptione* Sermones, à pagina 1. uſque 84. Matriti 1643. in fol.

FRANCISCUS Roys, Ordinis Ciſtercienſis Hiſpanus, in Oratione Evangelica pro S. Hierotheo, &c. fol. 21. *Quòd Virgo MARIA fuit Luna abſq; macula.* Serm. impreſſ. Salmanticæ 1650. in 4.

FRANCISCUS de Ruere Saonenſis, Ordinis Minorum, poſtea Sixtus Papa IV. compoſuit Tractatum *de Conceptione Virginis ſacratiſsimæ Dominæ noſtræ.* Ita Gundiſalvus de Illeſcas in Hiſtoria Pontificia, parte 2. libro 6. De hoc etiam loquitur Joannes Minimitanus, in additionibus ad Platinam. Lib. impreſſ. Pariſijs 1530. in 8. Et quam plurimi agunt de hoc Tractatu: de Bullis autem, & Conſtitutionibus, vide verb Bullæ, & Sixtus IV.

FRANCISCUS Rugerius, Congregationis Somuſchenſis Sacerdos, ac ſacræ Theologiæ Profeſſor, in Epigrammate cui Epigraphe eſt: *Miranda antitheſis Conceptionis & dormitionis B. MARIÆ Virginis, &c.* Ita Ant. de Leon in Biblioth. claſſ. 9. & ſe refert ad claſſ. 37. & 70.

FRANCISCUS Ruiz de Vergara & Alava, Eques auratus Militiæ Sancti Jacobi, & à Conſilio ſupremo Militarium Ordinum Hiſpanus, in libro cujus titulus eſt: Regla, y eſtablecimientos de la Orden, y Cavalleria del glorioſo Apoſtol Santiago Patron de las Eſpañas; in quadam ſpeciali Dedicatoria *Immaculatæ Deiparæ, & ſemper Virgini MARIÆ*, incipit ſic: Siſto me tibi, *Virgo, à primo inſtanti Conceptionis tuæ nulla primævi parentis labe coinquinata, &c.* Lib. impreſſ. Matriti, anno 1655. in folio. Item, infra habet eandem Dedicatoriam Hiſpanicè, ſub his verbis: Preſentome a vueſtras plantas, *o Virgen pura, libre de toda impuridad, y mancha, deſde el primer inſtante de vueſtro ſer, &c.* cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRANCISCUS Ruizius, Societatis JESU Hiſpanus, in Collegio Complutenſi ſub præſidio R. P. Marcelli Aponte, defendit *Virginem MARIAM à peccato originali ſemper fuiſſe immunem, atque etiam à debito proximo contrahendi, &c.* ut extat in Concluſionibus impreſſis, anno 1632. Illud idem poſtea ſuſtinuit in Collegio Murciano ac Matritenſi.

FRANCISCUS à Salerone Gallus, edidit Librum: Templum gratiæ, & prærogativæ *innocentiæ ſuper Conceptionem*, & obitum B. Virginis MARIÆ. Pariſijs 1544. Ita Hippolyt. Marrac. in Biblioth. fol. 436. & in Catalog. Piſtoia, coron. 2. c. 8. f. 225.

FRANCISCUS de Sales Sabaudus, & Venerabilis Genevenſis Epiſcopus, atque Fundator Monialium Annuntiationis B. MARIÆ, conſecratus fuit anno 1602. in die *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, cui myſterio addictiſſimus fuit. Sic in Epitome vitæ, pagina 112. Balinghen ad diem 8. Decembris, fol. 705.

Item, in Civitate Arſiſien. priùs inſtituit Congregationem ſub titulo & invocatione *Immaculatæ Conceptionis B. Virginis MARIÆ.* Chriſtoph. Giarda Epiſc. Caſtrenſis, fol. 261. ex Hippolyt. Marrac. in Catalogo, anno 1648. & in Fundat. Marianis, cap. 43. fol. 325. Carolus Auguſtus in ejus

vita, capite 8 Joannes Tamajus de Salazar, fol. 298. Euſeb. Nieremb. in ſacro Syllab. §. 5. ubi refert ex Marraccio admirandum caſum columbæ.

Item, in Operibus ejus collectis à P. Nicolao Talon, Societatis Jesu, Gallicè, in Sermonibus familiaribus, Serm. de Præſentatione Virginis Mariæ, ad illa verba: Inſpice & fac ſecundùm exemplar, &c. fol. 213. col. 1. inquit: Certes il eſt vray qu'il n'y a point de Saints, ny de Saintes, qui luy puiſſent être parangonnez: car cête glorieuſe Vierge ſurpaſſe en dignité & excellence non ſeulement les plus grands Saints: mais auſſi les plus hauts Cherubins & Seraphins, ayant eu cêt advantage par deſſus tous les Saints, qui eſt qu'elle s'eſt donnée & totalement dediée au ſervice de Dieu *dés l'inſtant même de ſa Conception*; & il n'y a nul doute que cête *Sainte Vierge n'aye été toute pure, & n'aye eu l'uſage de raiſon dés l'inſtant que ſon ame fut miſe dans ſon petit corps, apres qu'il fut formé dans les entrailles de S. Anne*. Et comme cête glorieuſe Vierge devoit naître de pere & de mere, ainſi que les autres enfans, auſſi ſembloit il que comme eux, elle devoit être entachée du peché originel: mais la divine providence en ordonna tout autrement, luy tendant ſes mains ſaintes qui la retint, *afin qu'elle ne tombaſt dans ce miſerable precipice du peché*, & luy donna l'uſage de la raiſon & de la foy, par laquelle elle connût Dieu, & crût en luy, & par cête foy & connoiſſance elle ſe dedia & conſacra à ſa divine Majeſté: mais d'une maniere tres-parfaite, &c. Et infra inquit: Je ne veux pas maintenant m'étendre à parler des benedictions qu'elle *receut en ſa Conception*, ni en ſa naiſſance, ains ſeulement de ce qu'elle fit en ſa ſainte Preſentation, &c. Lib. impreſſ. Pariſiis, anno 1647. in fol. magno.

FRANCISCUS de Salinas, Societatis Jesu Hiſpanus, tom. 2. in Jonam Prophetam, quæſt. 16. num. 11. Quòd univerſalis loquendi modus Divi Pauli non comprehendit *Conceptionem Virginis MARIÆ*, imò neque debitum, &c. Et quæſt. 38. num. 10. probat ex Cajetano *Virginem MARIAM excipiendam eſſe à regula generali in ſua Conceptione*. Et quæſt. 35. num. 123. agit *de eximia redemptione Virginis MARIÆ à peccato originali* per Chriſtum, &c. Item, num. 316. Quòd ſententia aſſerens *Virginem MARIAM eſſe conceptam abſque peccato originali*, obtinet ſtatum proximum Canonizationis & definitionis. Lib. impreſſ. Lugduni 1654. in folio.

Item, in manuſcriptis pro 4. tom. de Privilegijs Beatæ Virginis Mariæ, *de Immaculata ejus Conceptione* agit latè, doctè & diffusè.

Item, habet paratum magnum Librum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ex argumentis factis ab Hæreticis, & ſolutis à SS. Patribus, reſpectivè ad materiam Conceptionis applicatis. Hunc manuſ. & ad prælum diſpoſitum vidimus Matriti apud Auctorem in fol. & utinam videat lucem, quia erit opus magni momenti.

Item, idem anno 1618. defendit Salmanticæ in Theſibus *Immaculatam Conceptionem Virginis, & ejus præſervationem*. Impreſſ. ibidem.

FRANCISCUS de Sandoval, Poëta Hiſpanus, explicavit quoddam Ænigma *pro Immaculata Virginis Conceptione*; ut videre eſt apud Sanct. Zapata, lib. de Concept. folio 151.

FRANCISCUS Sanſovinus Italus, Italicè reddidit Vitam Beatæ Annæ per Petrum Dorland... ſcriptam, cujus Cap. 5. eſt *de Conceptione & Nativ... Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*.

Item, Vitam Chriſti per Landulphum ſcript... ubi in 1. part. agitur *de Conceptione Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. Ferrariæ 1586. in 4.

FRANCISCUS Sarmiento, Epiſcopus Genn...ſis, in Conſtitutionibus Synodalibus, folio 8. de Eremitorio ſub titulo *Conceptionis Virginis MARIÆ* in Arxonilla, *&c.* Lib. impreſſ. Baezæ, anno 1587. in 4.

FRANCISCUS Sarnenſis, natione Ligur, ſcripſit *de Conceptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*, ſecundùm Poſſevinum & Leonem, claſſe 6. Exiſtimo tamen hunc eſſe Franciſcum de Ruvere, Ordinis Minorum, qui poſtea Sixtus IV. dictus. Si autem alius diſtinctus, de ipſo nullam invenire potui notitiam.

FRANCISCUS à Secli, Ordinis Minorum ...lus, edidit Novenam pro expectatione partus Virginis Mariæ, in qua etiam agit *de Immaculata Virginis Conceptione*. Impreſſ. Trani 1637. in 12. Hippolyt. Marrac. in Bibliotheca, & in Catal... De Auctore mentionem facit Wadding. ... de Opere.

FRANCISCUS de Segura, Poëta Hiſpanus in libro: De los ſagrados myſterios del ... de nueſtra Señora, &c. myſt. 1. folio 2. inquit:

*Santa Señora de pecado agena*
*Electa ut Sol, &c.*

Lib. impreſſ. Cæſarauguſtæ 1602. in 8.

FRANCISCUS de Serris, Ordinis Prædicatorum, edi curavit Sermones Gabrielis Barel... & fol. 217. reſpondente Bareleta ad quoddam argumentum S. Thomæ, ait Serra in quadam ...tula interpoſita: Nota tu Lector, ſub correctione tamen dixerim Domini Gabrielis Bareletæ, ... non bene ſolvit argumentum Doctoris Sancti, nam ſi bene reſpicias ſolutionem Doctoris ... nies, quòd Doctor non dicit, *quòd fuerit immun... lùm illo tempore quo præparabatur Virgo ut eſſet M... Dei, ſed abſolutè dicit illam omni tempore immun... originali & actuali*. Lib. impreſſ. Pariſiis 15... Sed verba iſta non extant in omnibus impreſſ...nibus.

FRANCISCUS de Sevilla, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Cantionem *circa incontaminatam ... Virginis MARIÆ*. Impreſſ. cum aliis Granatæ, ... 1651. folio 251.

FRANCISCUS Sforcia, Vice-Comes Mediolanenſis, præcepit Civitati illi ut offerret certam pecuniæ quantitatem, ut Fratres Minores celebrarent *Sanctiſſimæ Conceptionis feſtum*. Ita ex ... litteris Hippolyt. Marrac. in Heroid. M... folio 100.

FRANCISCUS de Silva, Societatis Jesu Hiſpanus, recepit votum factum *pro Immaculatæ Conceptionis myſterio*, in Domo Profeſſa Societatis Jesu die 23. Februarij, anno 1653. ex Leone.

FRANCISCUS Sixtus Neapolitanus, Ordinis Carmelitarum Italus, in libro: Teſſeredecadæ genealogiæ Jesu Christi, ex Mat. 1. de Chriſto ... &c. cap. 193. ad annum 1588. folio 279. inquit: ... præterea Maria matutina Stella, via p... Solis, Maria quid ni eadem ........ *Chriſtus ſine peccato; MARIA ſerpentis Leviathan ... caput ſeptiforme potenter contorſit*: Chriſtus ... templum circumcidi, & Joannem in Jord...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fluenta baptizari petijt non ſui neceſſitate, &c. Pari pacto Maria in templo præſentatur, purificatur, baptizaturque, non ſui neceſſitudine, verùm Filij ſimilitudine, &c. Lib. impreſſ. Venetijs 1564. & 1565. in 4.

FRANCISCUS Solanus, Ordinis Minorum Hiſpanus, ac inclytus Indiarum Occidentalium Apoſtolus, Peruanique Imperij univerſalis Patronus, fuit ferventiſſimus ac devotiſſimus Prædicator *myſterij Immaculatæ Conceptionis Dei Matris MARIÆ.* Ita Antonius Daza, in tract. de Conceptione, cap. 6. fol. 44.

Item, in Sermone de Dominica in Paſſione Domini, ad veſperam, ſub themate: Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum, &c. Hebræorum 9. & incipit ſic: La ultima carta del Apoſtol es la que eſcribio deſde Roma, &c. ubi inter alia, ſic inquit: Hemos de decir neceſariamente que eſte tabernaculo tan celebrado y alabado del Apoſtol por donde paſsò Chriſto antes que muriendo entraſe en en ſanta ſantorum, es aquella unica y pura Eſpoſa y Madre ſuya la ſacratiſſima Virgen Maria. Eſte fue aquel celeſtial tabernaculo de de quien dixo David: *Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus; el Altiſsimo ſantifico ſu tabernaculo, ſu pavellon en que ſe havia de aloxar en la campaña deſte mundo. Como la ſantifico? Preſervandola del pecado original y haciendola tan ſanta que fueſſe digna morada ſuya;* que por no haver havido en el mundo un pavellon ò tienda como ella donde el Verbo Divino ſe aloxaſſe ſe dilato tanto ſu venida a el, &c. Et proſequitur latè, loquendo de puritate & ſanctitate Virginis ex Anſelmo, Bernardo, &c. Extat hic Sermo manuſc. apud nos in 4. propria manu ipſius venerabilis ſervi Dei. Sed adverte ejus devotionem ad hoc myſterium Immaculatæ Conceptionis, & vide quid faceret in aliis Sermonibus, quando in Sermone de Paſſione Domini tam apertè & pulchrè proponit & defendit præſervationem Virginis à peccato originali.

FRANCISCUS Sonnius, Epiſcopus Buſcoducenſis, in Demonſtrationibus Religionis Chriſtianæ ex verbo Dei, tract. 2. cap. 8. & 9. vocat Virginem Mariam intactam & intemeratam; ſed his titulis omiſſis, folio 195. inquit: Tum Angelus, Spiritus Sanctus (inquit) ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi; ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei. Eſto, quòd non cognoveris neque unquam cognitura ſis virum: tamen fiet, quod annuntio. Non viri, ſed Spiritus Sancti operatione, qui ſanè ſuperveniet, id eſt, deſuper veniet in te, *non quidem ut repleat mentem, quoniam jam dudum gratiâ plena es;* ſed ut repleat ventrem tuum novo fœtu inauditi partûs: virtus quoque Altiſſimi (cui nihil difficile) obumbrabit tibi, præſervando te velut umbra quadam ab æſtu concupiſcentiæ, &c. Lib. impreſſ. Lugduni 1564. in 8. & Coloniæ 1563. in folio. A longè tangit Auctor iſte myſterium Conceptionis, vel immunitatis Mariæ; ſed illud: Jam dudum gratiâ plena es, indicat indefinitum tempus, id eſt, à principio, vel ab exordio.

FRANCISCUS Sorianus, Ordinis Minorum Hiſpanus, in lib. dicto: Concertatio Theologica, fol. 1. habet imaginem *Immaculatæ Conceptionis* cum diverſis Hieroglyphicis. Item, de celebratione feſtivitatis *Immaculatæ Conceptionis Virginis Matris Dei* Dominæ noſtræ, facta, feria 2. die 27. Aprilis, in qua prædicavit F. Nicolaus de Monroy, &c. Lib. impreſſ. Granatæ 1648. in 4.

Item, prædicavit Sermonem in feſtivitate *Immaculatæ Conceptionis Dominæ noſtræ MARIÆ Virginis* Granatæ, anno 1615. Impreſſ. ibidem, anno 1616. & incipit: Son tantas.

FRANCISCUS de Soſa, Ordinis Minorum Generalis, poſtea Epiſcopus Oxomen. & Segovien. ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem, Memoriale *pro Immaculata Virginis Conceptione* circa diffinibilitatem myſterij, abſque convocatione Concilij, &c. Tractatum unum, qui extat in lib. impreſſ. Hiſpali, par. 2. anno 1617 in. 4.

Item, edidit approbationem Libri compoſiti à D. Gundiſalvo Sanchez Luzero, circa *Immaculatam Virginis Conceptionem.* Impreſſ. cum eodem.

Item, *de Immaculata Virginis Conceptione* Apologiam, pro defenſione Orationis Doctoris Megia de la Cerda. Impreſſ. Matriti 1617. in 4.

Item, ſuper Decretum Pauli V. *de Conceptione Virginis*, Expoſitionem. Item, ſcripſit encomia & decora ejuſdem *Conceptionis* Virginis Mariæ, ex Marrac. & alijs.

FRANCISCUS Soto, Sacerdos Congregationis Oratorij, Italus, in Tractatu de Sãctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ compoſito à Magiſtro de Avila Prædicatore Apoſtolico, à ſe traducto in linguam Italicam, tract. 17. fol. 367. & 369. *Quòd B. Virgo MARIA fuit exempta ac privilegiata, & immunis à peccato originali ex particulari privilegio*, ut affirmat S. Conc. Tridentinum, &c. Lib. impreſſ. Romæ 1608. in 4.

FRANCISCUS de Soto, Societatis Jesu Hiſpanus, in Exequijs funeralibus D.D. Henrici de Guzman, S.R.E. Cardinalis, concludit ſic: Laus Deo Virginique Mariæ *ſine peccato originali conceptæ.* Serm. impreſſ. Cordubæ 1621. in 4.

FRANCISCUS Spinula Mediolanenſis, Doctor Italus & Poëta, lib. 3. Cantione 26. folio 79. ait de Beata Virgine Maria:

*Quod genus lapſum fuerat, nefandum*
*Per ſcelus noſtri genitoris; una*
*Tu ſacroſancta haud vitiato es orta*
*Semine Matris.*
*Integra ò Virgo, &c.*

Lib. impreſſ. Venetiis 1563. in 8.

FRANCISCUS Stanislaus, Societatis Jesu Polonus, edidit Polonicè officium *Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ.* Ita Alegambe in Catalogo, fol. 135. Marrac. in Catalogo, ad annum 1632. & in Biblioth. fol. 440.

FRANCISCUS Suarez Granaten. Societatis Jesu Hiſpanus, ad primam ſecundæ D. Thomæ, diſput. 9. de Peccato originali, ſect. 4. Quomodò *Virgo MARIA fuit præſervata à peccato originali*, licèt in Adamo contraxerit debitum, &c. latè à fol. 442. uſque 450. Lib. impreſſ. Lugduni 1628. in folio.

Item, tomo 2. in 3. partem Divi Thomæ, quæſt. 27. diſp. 3. agit *de B. Virginis Immaculata Conceptione* per ſex Sectiones, in quibus inquirit primò: An B. Virgo fuerit ſanctificata in utero Matris? Secundò: Utrum Virgo peccaverit in Adamo, & ideo ex vi ſuæ Conceptionis fuerit originali peccato obnoxia? Tertiò: Utrum potuerit B. Virgo ante animationem ſanctificari? Quartò: An B. Virgo potuerit in ipſo momento Conceptionis ſanctificari?



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ficari? Quintò: An Beata Virgo fuerit ab originali peccato præſervata, & in primo ſuæ Conceptionis inſtanti ſanctificata? Sextò: Qua certitudine tenendum ſit Beatam Virginem fuiſſe ſine peccato conceptam? &c. Quæ omnia & alia ad hanc materiam pertinentia, reperies à fol. 1. uſque 47. Lib. impreſſ. Lugduni 1608. in fol. & Venetijs 1605. & Moguntiæ 1640.

Item, tomo 1. de Religione, lib 2. ſub titulo: De Feſtis B. Virginis MARIÆ, cap. 8. fol. 36. num. 2. de prima feſtivitate V. MARIÆ, ſcilicet *Conceptionis*, & quomodò ſit obſervanda. Lugduni 1639. in fol.

Item, ſcripſit Tractatum pro laminis repertis in Monte Sancto Granatenſi, in quibus varia ſunt teſtimonia *pro Immaculata Virginis Conceptione*; qui tamen Tractatus non fuit excuſus, ſed manuſcriptus allegatur ab Ægidio Luſitano, Perlino, Chriſtophoro de Vega, Paleſt. 3. certam. 6. num. 276. fol 81.

FRANCISCUS Sylvius à Brania, Comes & Theologus Duacenſis: Quòd Virgo MARIA in ſua *Immaculata Conceptione fuit immunis à peccato originali*, juxta declarationem Concilij Trident. ad ſecundam ſecundæ, quæſt. 81. art. 3. concluſ. 4. Lib. impreſſ. Duaci 1635. in fol.

Item, de B. MARIÆ ſanctificatione, Quæſt. unam, ſed brevem, in 3. par. D. Thom. Lib. impreſſ. Duaci 1622. in fol. Ubi cùm exponeret litteram S. Thom. ſolùm ait, ad Articulum: *An B. Virgo ſit concepta in peccato originali?* Sed ejus neutram partem Sedes Apoſtolica, ut fide tenendam, diffinivit. Donec Articulus hujuſmodi à Sede Apoſtolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem ſuam & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, ſervari debent, quæ interim prænominata Sedes Apoſtolica proviſionaliter ordinavit.

Item, in Orationibus Theologicis, orat. 1. de Aſſumptione Virginis MARIÆ, à fol. 10. uſque 17. vocat Deiparam totam pulchram, *in qua non fuit macula*; quam incorrupta conſervavit gratia immaculatam, &c. Lib. impreſſ. anno. 1621. in 8.

Item, ſcripſit *de Conceptione Virginis MARIÆ* Librum unum; ut refert Marrac. & Wadding. ſect. 2. pag. 91. Et nota, quod Serranus refert, lib. 2. cap. 8. num. 27. Vide Lucium Salernitanum. Hic Auctor opinionem ſuam retractavit; nam 3. par. S. Thom. q. 27. fol. 90. lib. impreſſ. Antuerpiæ 1618. in folio, docuit Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali; ſed in altera impreſſione ejuſdem 3. partis, contrarium tenet.

FRANCISCUS Tamajus, Ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula Hiſpanus, 1. par. De las grandezas, y mejoras de Chriſto, en que por diſcurſos, ſe tratan los myſterios mayores de ſu Concepcion, vida, y muerte, &c. diſcur. 16. ſub hoc tit. Como fue Chriſto ſanto, por aver ſido concebido de Madre Virgen: inter alia plura *de puritate Virginis MARIÆ, ejuſque præſervatione à peccato originali*, multa adducit ſcitu digniſſima pro gloria Deiparæ, & Conceptione Virginea, à fol. 368. uſque 392. Lib. impreſſ. Matriti 1610. in 4. Et Gallicè traduct. à M. F. Sicc. C.D.G. & impreſſ. Pictavij 1615. in 4.

FRANCISCUS de Tapia & Leiva, Poëta Hiſpanus, in Cantione de ſacratiſſima Virgine MARIA, inquit:

*De no manchada hermoſura*
*Sus puriſſimos candores, &c.*

Extat impreſſ. cum aliis Matriti per Petrum de Herrera in Sacrario Toletano, folio 87.

FRANCISCUS Tello de Leon, Ordinis SS. Trinitatis Hiſpanus, ſcripſit Sermonem ſub titulo: *De la puriſſima Concepcion de la Madre de Dios*, predicado en la Igleſia de S. Martin de la Ciudad de Sevilla, en la eſtrena del Jubileo concedido de nueſtro muy Santo Padre Urbano VIII. para todos los dias que huviere fieſtas de toros en la dicha Ciudad. Impreſſ. Hiſpali 1625. in 4. & incipit: Que limpio, que puro, &c. Item, Diſcurſu de Nativitate S. Joan. Baptiſtæ, fol. 40. inquit: Aora tened *ſacado me à la Virgen Santiſſima*, ſiquiera por Madre de Dios; la Virgen SS. *no entra en eſſa regla del Comun*, no entra la Madre de Dios en la propoſicion general, &c. Impreſſ. Ulyſſiponæ 1628. in 4.

Item, in Sermone de dulciſſimo nomine MARIÆ, fol. 6. inquit: Pues ſi los Angeles del Cielo aſſiſtieron à la Madre de Dios, *en ſu Concepcion*, en ſu vida, y en ſu milagroſa Aſſumpcion à los Cielos; como preguntan quien es eſta. Lib. impreſſ. Ulyſſiponæ 1631. in 4.

FRANCISCUS Terrones, Ordinis Minimorum, ſcripſit Sermonem *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Antonius Daza in ſuo Tractatu de Conceptione, cap. 6. folio 42.

FRANCISCUS Tignoſius, Ordinis Servitarum Italus, in libro: Statua de MARIA Vergine, &c. fol. 7. ad illa verba: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, proponit hoc Argumentum, Diſcurſum, ſeu Caput: *A ragiona della bellezza, è quello che ſia è conchiudendo MARIA Vergine ſpoſa del grande Dio fra le ſimplici creature eſſere ſtata la più bella delle bellezze ſue in univerſale ſi diſcurre, &c.* Deinde diſcurrit per 23. diſcurſus de pulchritudine & puritate Virginis MARIÆ mentis, cordis, intellectûs & affectûs, &c. Vide ibi plura pro hoc myſterio. Lib. impreſſ. Mediolani 1605. in 8.

FRANCISCUS Titelmannus, Ordinis Minorum Haſſelenſis, in Elucidatione Paraphraſtica in Sanctum Chriſti Evangelium ſecundùm Joannem, cap. 2. folio 19. inquit: Cæterùm, id quod priori loco Chryſoſtomus ait, MARIAM ex quodam affectu humano, quaſi gloriam apud homines quærentem ex Filij miraculis, de vino querelam propoſuiſſe, atque ob hoc ei duriùs locutum fuiſſe Dominum; nequaquam tutum fuerit hac noſtra tempeſtate approbare, quando ex Eccleſiæ totius unanimi conſenſu conſtat, & ſic ab omnibus pię creditur, Virginem MARIAM ab omni actuali peccato, etiam leviſſimo, fuiſſe ſemper immunem. *Adde, quòd neque ab originali peccato libera pertinaciter negari* ſine impietate poteſt, &c. Impreſſ. Antuerpiæ 1543. in 8.

Item, in Summa myſteriorum Chriſtianæ fidei, contemplat. 11. de Conceptione & humanatione Filij Dei per operationem Spiritus Sancti, &c. fol. 161. inquit: Quam quidem puellulam, nomine MARIAM, ſicut ab æterno præordinaſti tui Filij futuram Matrem; ita *ſtatim in exordio Conceptionis ſuæ cepiſti præparare & ſanctificare*, ut ſuo tempore digna fieret tuo Unigenito habitaculum. Propter quod ipſam ejus Conceptionem, ſpecialis tuæ gratiæ privilegio & prærogativa ſingulari, ſic tibi placuit mirabiliter prævenire, *ut eam ab omni præſervares macula originalis peccati*, quo omnes nos, qui communi lege de viro & fœmina concipimur, in materno utero contaminamur; quemadmodum Prophetam ſanctificaſti

ſanctus ingenuè de ſe confitetur dicens: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Ab hac (inquam) originaria macula (quam à parentibus noſtris per traducem, quaſi hæreditarium opprobrium, contraximus quicumque lege communi de viro & fœmina concipimur) tibi complacuit privilegio ſingulari puellulam illam præſervare, cùm in Matris utero cōciperetur; quoniam indecens erat *ullâ maculâ, vel actualis vel originalis peccati illam contaminari*, quæ in ſuo benedicto utero erat geſtatura Sanctum Sanctorum, ac deinde ſacris uberibus eundem erat lactatura. Neque ab originali tantùm peccato Virgúculam illam præſervaſti; ſed inſuper cumulatiſſimis tuarum ſpiritualium gratiarum donis replevisti atque adornaſti, &c. Impreſſ. Lugduni 1567. in 12. & Hiſpanicè Salmanticæ, anno 1555. in 8.

FRANCISCUS Toletus, Societatis Jesu Hiſpanus, ac S. R. E. Cardinalis, *pro Conceptione Immaculata Virginis MARIÆ* Annotationes duas, in cap. 1. S. Lucæ. Lib. impreſſ. Venetijs 1601. in fol. & 1600. Vide etiam Purpuram Marianam, fol. 162.

Item, in lib. de Inſtructione Sacerdotum, eximit Virginem *à peccato originali*, in cap. 1. de Indulgentijs, lib. 6. Impreſſ. Romæ 1602. in 4.

Item, contra eos, qui peccant circa Conſtitutionem Sixti IV. & Pii V. in ſpectantibus ad iſtam materiam *de Immaculata Beatæ Virginis Conceptione*, in lib. de Inſtructione Sacerdotum, & de Septem peccatis mortalibus, lib. 1. cap. 36. ad finem. Lib. impreſſ. Romæ 1618. in 4. & Venetijs 1622. in 4. & Mediolani 1603. in 12. regali. Item, in eodem lib. fol. 150. agit de Interdicto & feſtivitate *Conceptionis Virginis MARIÆ*. Impreſſ. Compluti 1640. & Valliſoleti 1605.

Item, ſuper cap. 3. Joan. adnotat. 9. folio 178. ad illud: Niſi quis renatus fuerit, &c. excipit *Virginem MARIAM ab omni peccato*. Lib. impreſſ. Lugduni 1587. in 4. regali.

FRANCISCUS de Toloſa, Protonotarius Apoſtolicus, & Archidiaconus de Guaxtalla Italus, *de B. Virgine MARIA concepta* ſcripſit Eclogam, pag. 154. Itidem, de eadem Virginis MARIÆ *Conceptione* Carmen. Itidem, de eadem *Virgine MARIA* Epigramma, fol. 157. Quæ omnia extant in libro Elogiorum illuſtrium virorum, Latinè. Lib. impreſſ. Romæ 1653. in 8. Et Italicè, de Pulchritudine Virginis MARIÆ Matris Dei, ſuper illa verba: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te; in qua facit & depingit Virginem MARIAM ſicut Spiritus cœleſtes ſeu beatiſſimos cœli, *procul ab omni macula terrena* per naturam, & per gratiam, à fol. 65. uſque 71.

FRANCISCUS de Torano, Ordinis Minorum Italus, edidit Firmamentum Virgineum, in quo cum aliis quibuſdam, præcipuè tamen ſyderea Deiparæ perfectio elucet manifeſtaturque, ac per ſacrum *Stellarium* manifeſtanda probatur, &c. Etiam pro *Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis* edidit Tractatum unum, & fortè eſt ille, appellatus Immaculatæ Deiparæ Biblia, in quo per ſingulos ſacri Codicis libros, librorumque capita, *perpetua ac illibata ejuſdem Deiparæ puritas* fit perſpicua. Vide de hoc Auctore latè Marrac. in Biblioth. fol. 444. Piſtoiam, fol. 185.

FRANCISCUS Torralva, Diſcalceatorum Corporis Chriſti Hiſpanus, in Theſibus Philoſophicis Virginem MARIAM appellat in principio mitiorem columbam, *ſine culpæ felle*, dulciſſimam, virginitate candidam, maternitate fœcundam, ramum olivæ in originali diluvio ore aſportantem, &c. Deinde habet Latino, ſimulque Hiſpano idiomate Epiſtolam metricam pro eadem *Immaculata Virginis Conceptione*; & incipit: De tan Divina aurora. Impreſſ. 1655. in charta expanſa.

FRANCISCUS de Torres, Ordinis Minorum Hiſpanus, *de Conceptione Immaculata Beatiſſimæ Virginis* fecit Tractatum unum, inſcriptum: Conſuelo de los devotos de la Immaculada Concepcion de la Virgen Santiſſima: dirigido *à la Immaculada Concepcion de la Emperatriz de los Cielos MARIA Santiſsima* del Pilar de Zarahoça. Contieneſe en eſte tratado lo hiſtorial ſucedido acerca deſte ſoberano myſterio, y es para todos eſtados y perſonas, &c. Et habet imaginem Immaculatæ Conceptionis. Lib. impreſſ. Valentiæ 1634. in 4. & incipit: Dia arduo, dia raro, &c.

FRANCISCUS Treſati de Lugnano, Ordinis Minorum Italus, & egregius Commentator B. Jacoponi de Todi, Ode 6. fol. 277. latè probat *Virginem MARIAM conceptam fuiſſe abſque peccato originali*, & ſic explicat prædictum Jacoponum. Vide ibi. Lib. impr. Italicè Venetijs 1617. in 4.

FRANCISCUS Trivigii, ex Carmelitana Religione Italus, in Summa pacifica R. P. Fr. Pacifici de Novara, Ordinis Minorum, titulo 6. de Sanctificatione feſtorum, agit *de feſtivitate glorioſiſſimæ Conceptionis, quæ communiter obſervatur, &c.* fol. 64. Lib. impreſſ. Venetiis 1587. in 8. & 1579. in 8.

FRANCISCUS de Trillo Figueroa, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Cantionem *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*. Impreſſ. cum alijs Granatæ, anno 1651. folio 231.

FRANCISCUS Turrianus, Societatis JESU Hiſpanus, de diffinitione propria peccati originalis ex Dionyſio Areopagita, *& de Conceptione Virginis & Matris Dei ſine peccato*, ex Scriptura, Angelica Salutatione, & teſtimonijs antiquorum Patrum. Florentiæ 1581. in 4. & Ingolſtadij 1581. in 4. ex Marraccio, & Salmantic. 1582. in 12. & eſt Epiſtola illa directa ad Jacobum Amiotum Epiſcopum Antiſiodorenſem, de Natura peccati originalis.

FRANCISCUS Van Hondegen, Ordinis Minorum Belga, in libro dicto: Domus propitiationis pauperis, ſive Patrocinium MARIÆ Deiparæ, lect. 2. ſub titulo: *Beata Virgo MARIA in Matris utero Immaculatè concepta*, diſcurrit latè per omnes quæſtiones excitatas de hoc myſterio. Item, infra habet Appendicem *pro immunitate Virginis à debito contrahendi peccatum originale, &c.* Quæ omnia extant à fol. 180. uſque 258. Item, ad finem libri, fol. 131. habet Notam, ſeu additionem circa materiam *Conceptionis Virginis*. Lib. impr. Bruxellis 1655. in 4.

Item, edidit Librum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ſub hoc titulo: Lux meridiana feſtivi & Immaculati Conceptûs MARIÆ auguſtæ, ab Eccleſiæ luminaribus maioribus & minoribus dimanata, &c. Impreſſ. Bruxellis 1660. in 8.

Item, habet parvum Librum ſub hoc titulo: *Illuſtris effiguratio Conceptionis dilectæ Dominæ noſtræ*, quàndo videlicet ipſa primo inſtanti ſuæ creationis à SS. Trinitate præveniente gratiâ originali uncta eſt, & conſecrata in primogenitam Filiam Patris cœleſtis, digniſſimam Matrem Verbi æterni, Princi-

pem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

pem SponſamSpiritus S.omnino congruam ad celebrandas proximè futuras nuptias Dei cum Eccleſia,ſimul cum fauſta & læta acclamatione : *Vivat ipſa*,ut aſſolent filij hujus ſæculi facere in unctione Regis , nativitate Principis , & victoria de hoſte ferociſſimo, vociferantes : Vivat Rex : Vive leRoy : Leven moet den Konink.

FRANCISCUS Varahona Miranda , Canonicus Granatenſis, in Memoriali pro ſacro Monte,ac ejus reliquijs ac libris contra R. Hieronymum de la Cruz, fol. 9. Quomodò *Virgo MARIA fuit concepta abſque peccato originali*; & quam certitudinem habeat hæc ſententia , &c. Lib. impreſſ. ibidem in fol.

FRANCISCUS Uban vel Hevan , Ordinis B. MARIÆ de Mercede Hiſpanus , promulgavit ſententiam contra Fratres Franciſcum de Salamanca, Mattheum de Valladolid,Didacum de Strada, aliàs de las Chucharetas,*circa materiam Conceptionis ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ* ; ut videre eſt in inſtrumento authentico, quod extat in quodam libello impreſſo,exiſtente in Bibliotheca S. Joannis Regum, litt. G num. 3. in 4. cujus originalis ſententia eſt apud nos manuſc.

FRANCISCUS Velez de Arziniega Hiſpanus, in lib. Theoria Pharmacentica, Lectiones ſeptem regularum univerſalium,&c. in Dedicatoria, vocat Virginem MARIAM *ſin mancilla*,&c.qui terminus Hiſpanicè eſt proteſtativus Immaculatæ puritatis. Lib. impreſſ. Matriti 1624. in 4.

FRANCISCUS de Veneña Italus, in libro dicto : Horticello celeſte de ſette affectuoſe Salutationi à JESU Chriſto, & alla Beata Vergine MARIA, Salut. 1. fol. 71. inquit : Dio te ſalvi dolce , è ſoave MARIA *che forti fatta maravigliosa mente bella nel ventre de tua madre dal ſomo Dio il quale ti adorno di tutte le perfettione , è gratiæ ò Vergine chiara , è reſplendente* Vergine puriſſima ſcielta frale miglia , &c. Lib. impreſſ. Trevigij 1611. in 12.

FRANCISCUS Veron, Societatis JESU Italus, in Manuali Sodalitatis B. MARIÆ Virginis , fol. 62. cap. 2. *de Conceptione Virginis MARIÆ* Conſiderationes, per totam 2. partem. Item, parte 2. cap. 3. folio 81. *de feſto Conceptionis Virginis MARIÆ*. Et ad finem libri, de Legibus Congregationum, quæ in Collegijs Societatis JESU inſtituuntur, inter feſtivitates præcipuas anni refert *diem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Lib. impreſſ. Coloniæ 1614. in 12. & Pariſijs 1619. in 8.

FRANCISCUS Villagutierre Chumacero, Epiſcopus Troien. recepit votum emiſſum à Congregatione Annuntiationis Toletanæ civitatis, ſita in domo Societatis JESU, pro myſterio *Immaculatæ Conceptionis*. Lib. impreſſ. 1653. in fol.

FRANCISCUS de Villalva, Hiſpanus Poëta antiquus, ſiquidem ad annum 1486. ſcripſit cum aliis in quodam certamine Poëmata Hiſpanica *pro Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis*. Impreſſ. apud Ferran. Diaz.

FRANCISCUS de Villalva Hiſpanus, in libro: Aviſos de Padre, y Roſario de Nueſtra Señora, tract. 2. medit. 4. de Aſſumptione, folio 67. inquit : Conſidera lo primero la vida de la Santiſſima Virgen ; *fue concebida ſin pecado en las entreñas de ſu Madre*, le fue dado el perfecto uſo de la razon, y deſde alli conocio con viva Fè, amò, y ſirvio a Dios perfectiſſimamente, &c. Lib. impreſſ. anno 1629. in 8.

FRANCISCUS Vimercatus , Ordinis Minorum Italus , inſtituit Confraternitatem Charitatis *& Conceptionis Virginis MARIÆ* , in Conventu Mediolanen. Viridarij Reformatorum 1618. ut dicitur in Prologo libri ejuſdem Confraternitatis folio 2.

FRANCISCUS Vita-Politius, Ordinis Minorum Siculus, in libro de Prima juſtificatione, lib. 1. cap. 36. de Connexione virtutum, fol. 158. inquit: Nempe tota illa verſatur in virtutum connexione , connexa deſuper illabente divinâ gratia, præcipuè in Evangelio, Proverbijs, Pſalmis Eccleſiaſticis & Epiſtolis Apoſtolicis. Confirmat eam *Immaculatæ Virginis Deiparæ* vita ſingularis ſpeculumque omnium virtutum, veritatem prædictam, cui non per partes, ſed tota ſe infudit plenitudo gratiæ. Enimverò, cùm omnis anima virtutibus præcincta, ſit imago Deique ſimilitudo, hæc fœliciſſima Domina præ cæteris ornata virtutibus, Dei erat in terris appropriata ſimilitudo, auguſtiorque imago. Nempe ſicut Deus Pater de ſua eſſentia Filium conſubſtantialem genuit Deum Chriſtum : ita, *hæc Immaculata Mater* Deum hominem Chriſtum, & de ſanguinibus genuit ſuis, & de virtutibus ſuis eminentiſſimis conſimilem in ſubſtantia humana & virtutibus generavit Filium ſuum. Hæc ſapidè intelligas, quia non illa hujus ſummi, Sanctique Sanctorum fuiſſet electa parens Virgo, niſi eam Deus formaſſet *in utero materno Immaculatam*, plenamque omnium virtutum. Aſtitit ( ait hujus Atavus vetuſtiſſimus poeta, Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate, &c. Lib. impreſſ. Venetijs, anno 1548. in 8.

FRANCISCUS Vitus, Poëta Italus, in Carminibus de Beata Virgine MARIA, ſic cecinit:

> *Decrevi ab exorta infantula gratijs plena*
> *Vobis gratias precari, augurari, vovere, &c.*

Extant in lib. impreſſ. Peruſiæ 1647. in 12.

FRANCISCUS Waldus, ſacræ Romanæ Rotæ Auditor, Peruſinus , præcepit ſuo nepoti Benedicto Waldo, ut erigeret columnam *Immaculatæ Conceptioni Virginis MARIÆ* dicatam , injunctumque præceptum fuit impletum Bononiæ 1637. Vide Purpuram Marianam, fol. 52.

FRANCISCUS de Weze, Ordinis Minorum Belga, in Concluſionibus Theologicis de libero Arbitrio & Actibus humanis, habitis Bruxellis in Provinciali Congregatione die 19. Aprilis, ad finem, defendit *Immaculatam Virginis Conceptionem*, SanctumqueThomam numquam retractaſſe quod dixerat in 1. Sent. & in expoſitione Salutationis Angelicæ. Fuerunt impreſſ. Lovanij in 4.

FRANCISCUS Willer Baſileenſis, Ordinis Minorum Germanus, in libro dicto : Compendium ſacræ Theologiæ pauperis S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici, &c. libro 4. Alphabeto 12. ad tertiam rubricam de Sanctificatione materna, habet animadverſionem, ſive adnotationem pro Immaculata Virginis Conceptione, cujus Concluſio eſt ut ſequitur : Et ideo pro majori hujus Operis elucidatione , talis ponitur veritas : *Gratioſa Dei Mater à ſuo Filio perfectiſſimè redempta , ab inſtanti ſuæ Conceptionis gratiam habuit, per quam à peccato originali fuit omnino præſervata.* Iſta veritas probatur quinque rationibus, &c. & proſequitur latè probando prædictam Aſſertion. ſive Concluſionem eruditè ſatis & pulchrè. Ad calcem prædictæ annotationis

tionis, ponit aliam Concluſionem ſic: Unde breviter dico; *quòd ſi Virgo glorioſa contraxiſſet originale peccatum*, majus malum incurriſſet, quàm ſi perpetuam pœnam ſenſûs abſque ſui culpa ſuſtinuiſſet. Dico ſecundò; quòd puriſſima Virgo Maria, in puris naturalibus conſtituta, priùs pœnam æternam acceptaſſet abſque culpa præcedenti, quàm prolabi aliquoties *in peccatum originale*, &c. Etiam probat hæc duo dicta. Lib. impreſſ. Baſileæ 1501. in 4.

Item, contra quendam impugnantem Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ ſcripſit Epiſtolam, quæ libelli magnitudinem æquat, *pro ejus præſervatione ac immunitate à peccato originali*. Vide Waddingum in Catalogo, fol. 139. Marrac. in Catalogo, ad annum 1495. & in Biblioth. fol. 44. Poſſevin. Leon. & Piſtoiam, fol. 160.

FRANCISCUS Xaverius de Freſneda, Societatis Jeſu Hiſpanus, Regiuſque Concionator: Sermon *de la puriſſima Concepcion* en el primer dia de ſu octava y feſtividad que celebro el excelentiſſimo Señor Marques de Fromeſta y Carazena, Conde de Pinto, del conſejo de Eſtado de ſu Mageſtad, y ſu teniente governador del Pais Baxo y de las Borgoñas. Predicole en la Capilla de los Eſpañoles del Convento de los Padres Dominicos de Bruſelas, donde con illuſtre piedad hizieron el miſmo dia el voto del myſterio, los eſtados de Brabante, &c. Extat impreſſ. Bruxellis, anno 1659. in 4.

Item, alium ſub hóc titulo: Sermon *de la puriſſima Concepcion de MARIA Señora nueſtra*, en el ultimo dia de la octava que celebro la nacion Eſpañola en la Capilla Real del Roſario del Convento de Santo Domingo de eſta Corte de Bruſelas, año de 1660. Impreſſ. itidem Bruxellis, anno *1661*. in 4.

FRANCISCUS Xaverius à Paſcuis, Societatis Jeſu Belga, in Theſibus Theologicis habitis Lovanij die 15. Julij, anno 1642. Theſi 8. de Originali: Originale eſt actuale primi parentis ut noſtrum eſt, & in omnes, *excepta Virgine*, per modum habitûs transfuſum; *quam à debito quoque ſi vis eximere, dic conditionate in Adamo conſtitutam*: nam præter Chriſtum, novam creaturam nullam agnoſcimus. Impreſſ. ibidem in 4.

FRANCISCUS Xaverius Perez, Societatis Jeſu Belga, in Poſitionibus ſacris ex univerſa Theologia habitis Lovanij, anno 1640. fol. 18. habet Concluſionem 37. ſub hoc titulo: *Immunitas Virginis*, ubi dicit: *Sanctiſſimam Dei Matrem ab originali eximimus. Quid vetat etiam ab ipſo contrahendi debito?* Hoc commodè præſtiteris, ſi non niſi poſt prævisum Adæ lapſum ob reverentiam Verbi Incarnandi decreta ſit nova creatura. Fuerunt impreſſæ eodem anno in folio.

FRANCISCUS Ximenez de Ciſneros, Ordinis Minorum, Archiepiſcopus Toletanus, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, inprimis fundavit primam Confraternitatem *Conceptionis* in civitate Toletana, quam approbavit Adrianus VI. Pontif. Max. anno 1522. De qua fundatione agunt Marrac. capite 81. fol. 175. & in Purpura Mariana, folio 167. Waddingus, folio 220. Ojeda, capite 9. §. 4. Daza, folio 166. Porreñus, folio 5. cap. 3. Eſpinar, capite 21. folio 267. Armament. Seraph. in Regeſt. col. 144. Petrus de Quintanilla in vita Cardinalis, capite 14. fol. 154. & in Archivo Complutenſi, fol. 33. & fol. 86. in Diſcurſu Complut. diſcur. 9. fol. 312. Eugenius de Robles, fol. 138. Franciſcus de Quintanilla in acclamatione, Supra in diſc. Complutenſi, extat in ipſa Confraternitate originale, quod vidi in civitate Toletan. pro Armament. Seraph. conficiendo.

Item, Monialibus Toletanis *Immaculatæ Conceptionis Dominæ noſtræ* dedit modum & regulam vivendi, ipſaſque Ordinis Minorum curæ ſubiecit. Ita Alcozer, lib. 2. cap. 16. folio 107. & cap. 11. & 12. Gonzaga, fol. 28. Piſa. Salazar, lib. 8. cap. 4. Armament. in Regeſt. col. 112. Quintanilla, cap. 15. fol. 29.

Item, in Miſſali Muzarabe, ſeu mixto S. Iſidori, addidit Miſſam & officium *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, ſecundùm aliquos. Vide P. Quintanilla, cap. 11. fol. 93. & Auctores ibi citatos. Villegas in vita S. Iſidori, fol. 388. Robles, & Mat. de la Trinidad, fol. 89. num. 1305.

Item, fundavit Monaſterium *Immaculatæ Conceptionis* de Illeſcas. Ita Petrus de Quintanilla, c. 22. fol. 209. latè Alvarus Gomez, fol. 125. & fol. 129.

Item, erexit Capellam *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ* in domo Archiepiſcopali Toletan. Ita in Interrogatione vitæ ipſius, fol. 10. Alvar. Gomez, fol. 39. & 40. Robles, fol. 136. Piſſa, fol. 132. Alphonſus Sanchez, in Oratione facta, ann. 1651. Quintanilla, in Diſc. Compluten. fol. 248.

Item, in Conſtitutionibus Collegii S. Ildephonſi Complutenſis Academiæ, cap. 28. præcepit, ut in Capella ipſius Collegij in die *Conceptionis* celebrarentur Veſperæ & Miſſa ſolemnis, &c.

FRANCISCUS Ximenez, Patriarcha Hieroſolymitanus, Ordinis Minorum, in libro cujus titulus Hiſpanicè eſt: Primer volumen del Vita Chriſti corregido, y añadido por el Arçobiſpo de Granada, y hizole imprimir porque es muy provechoſo, &c. capitulo 16. fol. 11. ſub hoc titulo: En que manera *fue la glorioſa preſervada del pecado original?* Lib. impreſſ. Granatæ 1496. in fol. magno; latiſſimè agit de præſervatione Virginis.

Item, in libro Pſalmorum, qui incipit: Sanctiſſimo ac Beatiſſimo in Chriſto Patri ac Domino Benedicto. Laudetur Virgo MARIA. Extat manuſc. in Collegio Complutenſi Sanctorum Petri & Pauli; ubi plura *pro immunitate Virginis MARIÆ Dominæ noſtræ, &c.* in 4.

FRANCISCUS Ximenez de Santiago Hiſpanus, *de Immaculata Conceptione Dominæ noſtræ* concinnavit Sermonem in Eccleſia Parochiali Sanctæ MARIÆ de Ezija die 21. Julij 1019. Lib. impreſſ. Hiſpali eodem anno in 4.

FRANCISCUS Ximenez Sedeño de Ciſneros, Poëta Hiſpanus, edidit Carmina *pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ extant impreſſ. in charta expanſa, anno 1653.

FRANCISCUS Zabarella Patavinus, S. R. E. Cardinalis, in cap. 6. de Ferijs, §. Conquæſtus, affirmat & tenet *Virginem MARIAM fuiſſe conceptam abſque originalis peccati labe*. Ita Daniel Agricola, in ſua Corona Doctorum pro immunitate Virginis MARIÆ. Purpura Mariana, fol. 164. Antonius Cucharus, par. 2. fol. 64.

FRANCISCUS Zapata de Ciſneros, Baragiæ Toletan. Diœceſis oppidi Comes primus, pietatem ſuam erga Deiparam declaraturus, ac ſubditum ſibi populum honeſtaturus, Conventum Minoriticum *puriſſimæ Conceptioni ejuſdem Virginis*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſacrum ex privatis facultatibus à fundamentis extruendum curavit. Ita Gonzaga, in Provincia S. Joſeph. Marrac. in Principibus Marian. fol. 145.

FRANCISCUS Zapata Pimentel, Poëta Hiſpanus, ſcripſit Cantionem *pro Scoto, & Conceptione Dei Genitricis MARIÆ.* Impreſſ. Granatæ, anno 1651. folio 292.

FRANCISCUS Zepeda Hiſpanus, in libro de aſſumpta Hiſtoria Hiſpaniarum, à diluvio, &c. lib. 2. cap. 1. fol. 31. *Quòd B. Virgo MARIA in ſua puriſſima Conceptione fuit terror dæmonum, &c.* In 1. pagina adducit imaginem *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ.* Lib. impreſſ. Matriti 1642. in 4.

FRANCISCUS Zichenius Mechlinienſis, Ordinis Minorum, in libro: de Septem verbis, quæ Chriſtus ex cruce protulit, brevis & pia explicatio, ad tertium verbum, fol. 51. inquit: Hæc illa fortiſſima mulier, quæ advexit pretioſiſſimam mercede noſtræ redemptionis, quæ & caput venenoſi ſerpentis confregit atq; contrivit; *in qua nihil quod ſuæ poteſtatis eſſet, habuit unquam, &c.* Lib. impreſſ. Antuerpiæ 1556. in 12.

FRANCISCUS Zumel, Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Hiſpanus, quòd rationabile & valde probabile ſit *B. Virginem MARIAM non contraxiſſe peccatum originale*, probat latè, atque defendit in Commentarijs ſuper primam ſecundæ D. Thomæ, quæſt. 81. art. 3. diſput. unica, fol. 546. Lib. impreſſ. Salmanticæ, an. 1494. in fol.

FRANCISCUS à Zuñiga, Comes de Belalcazar & Dux de Bejar, eximium ſuæ pietatis documentum dedit, dum Cœnobium, Templumque Conceptionis Sanctæ MARIÆ ſtatuit Inoxoſæ, ſuæ Diœceſis oppido, idque Religioſis S. Franciſco devotis conſignavit. Alit quadraginta Virgines *Ordini Immaculatæ Conceptionis B. Virginis* adſtrictas. Gonzaga in Hiſtoria Seraph. Marrac. in Principibus Marianis, fol. 146.

FRANCONIUS, Affligemenſis Abbas, Belga, in lib. de Gratia, tom. 6. inquit: Et dignum erat, ut qui corruptam in Adam maſſam ſanare veniebat, non de ſemine corruptionis, ſed de potentia Spiritus Sancti naſceretur. Quæſita eſt ergo Sponſa *ſpecioſiſſima* inter filias hominum, de cujus utero, tanquam Sponſus de thalamo, ad nos procederet Specioſus formâ præ filijs hominum. Quæſitum eſt dignum ſapientiâ Dei ſignaculum, ſub quo ſignaret myſterium à ſæculis abſconditum. Quæſitum eſt vitrum *mundiſſimum* atque ſolidiſſimum, per quod igneos radios tranſmitteret Sol juſtitiæ, &c. Tandem inventa eſt *ſpecialis illa ſpecialiter digna, ſingulariter pulchra Virgo MARIA, &c.* Ipſe MARIAM ſibi Sponſam ab æterno ordinavit; ipſe in plenitudine temporis caſtiſſimum MARIÆ uterum in tabernaculum ſibi ſanctificavit; ipſe templum ſuum in MARIA omni gloria & decore ſuper omnium creaturarum viſibilium atque inviſibilium pulchritudine adornavit quantùm voluit, & quantùm naſciturum de ea decuit, &c. Inventa itaque Virgine caſta, Virgine ſancta, & tam caſta quàm ſancta, ut Filio Dei deſponſanda, in officina Spiritûs Sancti, induſtriâ ſummi Artificis, tantæ Virginis, tantæque prolis futuræ Matris præparantur ornamenta; quo ſtudio, qua diligentia, quanta ambitione, quanto cultu, non eſt paupertatis meæ eloqui, &c. Quanta gratia, quanta MARIÆ benedictio, per quam ſanata eſt Evæ maledictio! Dominus tecum miro ac ſtupendo modo; idem cum Sponſa Sponſus, idem ex Matre Filius; cum Sponſa Sponſus novum creando hominem ex Matre, Filius novum ſeipſum exhibendo hominem. Dominus tecum: non generali tantùm benedictionis gratiâ, quâ & cum cæteris Sanctis eſt, ita & tecum, *verùm etiam ut ſingularis prærogativâ gratiæ*, ſicut cum Matre Filius, &c. Vide alia ibi in Bibliotheca veterum Patrum, tom. 12. parte 1. folio 458. impreſſ. Colonien.

FRECULFUS Linconienſis Epiſcopus, cujus auctoritas tanta fuit, ut acquieſcerent Theologi Linconienſi allegato; teſtimonio Petri de Candia, tenet etiam hanc Concluſionem, ſcilicet *Virginem ſine originali conceptam.* Ita ad litteram Epiſcopus Azernenſis, in lib. ſuo de Conceptione, folio ... col. 3. Petrus de Candia, & Petrus Thomæ. Vide alia in noſtro Sole Veritatis.

FREDERICUS de Alexandris Peruſinus, in Encomio Virginis MARIÆ, dicto: Aurora Natalium, ad finem, inquit: O igitur pulcherrima & beatiſſima ſalutis & fœlicitatis Aurora, ſalutamus te in noſtræ mortalitatis mare prodeuntem, *nihil primitivæ labis amaritie contracta*, parentem ſuaviſſimam omnis dulcedinis, &c. Lib. impreſſ. Peruſiæ, anno 1641. in 12.

FREDERICUS Bonvæus, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 11. Julij, anno 1658. Theſi 15. de Peccato originali, hæc defendit: *Beata Virgo ab originali ſemper immunis fuit, idq; etiam D. Thomam aſſeruiſſe conſtat; non item negaſſe.* Dicere, eum ſi nunc viveret, indubitanter aſſerturum Conceptionem paſſivam Deiparæ fuiſſe Immaculatam, non magis frivolum eſt aut ſine fundamento conjecturare, quàm ſit dicere, cum cohærentia docturum, feſtum Conceptionis ab Eccleſiâ celebrari ſub titulo Conceptionis Immaculatæ, ſive per τὸ Conceptionis in feſti illius celebratione intelligi Conceptionem Immaculatam, non magis dubium eſt, quàm nihil eſſe ſanctum, quod infectum peccato originali. Impreſſ. ibidem in 4.

FREDERICUS Borromæus S.R.E. Cardinalis, atque Archiepiſcopus Mediolanenſis, in Conſtitutionibus Synodalibus multa præcepit circa modum prædicandi, & obſervationem feſtivitatis Beatiſſimæ Conceptionis Virginis MARIÆ; ubi de *feſto Conceptionis*, &c. Vide verb. Mediolanenſis Eccleſia.

FREDERICUS Capilluti, Mantuanus Doctor Italus, in libro: Meditationi del Santiſſimo Roſario, &c. meditat. 1. fol. 30. agit de *Immaculata Conceptione ab æterno præviſa*; & folio 36. inquit: ... eſſi l' infinita bontà del Padre delle miſericordie *fu concepto la Madre immaculata* del figlivolo di Dio nel cui puriſſimo corpiccinio (formato che fù ... Padre Eterno infuſe l' anima piena di quel cumulo di grattie, che in lei capir poteva, &c. Lib. impreſſ. Romæ 1610. in 12.

FREDERICUS Galleo, S. Michaëlis Antuerpiæ Ordinis Præmonſtratenſis Canonicus, Theologiæ Licentiatus ac Profeſſor, &c. in Theſibus Theologicis de Verbi divini Incarnatione, habitis ibidem die 12. Julij 1651. Theſi 21. folio ... hæc habet: *Mater Dei primo inſtanti animationis ſuæ copioſiſſimè ſanctificata fuit, adeoq; à peccato originali* (cujus contrahendi debitum in Adamo contraxerat) *præſervata*, &c. Et infrà, loquendo de prærogativa

gativis ſui Ordinis :¦ Secundò, *Deiparæ Immaculatam Conceptionem* voce, habituque deprædicat. Impreſſ. ibidem in 4.

FREDERICUS Joſephus Ignatius de Marſelaer, hęc edidit: Deiparæ, cœli & terrarum Reginæ MARIÆ (in qua ſupra naturam omnia) *Conceptio ſine macula*; cum fœcunditate virginitas. Virgo, tibi plures, quàm cœlo ſidera, dotes, quæ Genitrix vitæ es, primævæ neſcia labis. Fave, & benignitatis tuæ auram adſpira Excellentiſſimæ Dominæ Catharinæ Ponce de Leon, Sodalitatis ſanctiſſimi Roſarii, ac Marianæ ſolitudinis Præpoſitæ religioſiſſimæ; D. Roderici Ponce de Leon Ducis de Arcos, Marchionis de Sahara, Comitis de Baylen, Hiſpaniarum Magnatis, primùm Valentiæ, deinde Neapolis ſapientiſſimi Proregis, filiæ digniſſimæ, &c. Conjugi lectiſſimæ Excellentiſſimi Herois D. Ludovici de Carillo, de Toledo & Benavides, Marchionis de Fromiſta & Caracena, Comitis de Pinto, Regi à cubiculis, ſupremiſque Conſiliis ſtatûs & belli, Belgarum & Burgundionum Gubernatoris. Sub cujus regimine heroico, Philippi IV. Hiſpaniarum Monarchæ exemplo ſtimulati Illuſtriſſimi Ordines Brabantiæ, Eccleſiarum, Nobilitatis, Urbiumque Præſides & cætus, conſtantem pro Immaculata Virginis Conceptione tuendâ fidem, præſcriptâ votivi juriſjurandi formulâ, præeunte Illuſtriſſ. ac Reverend. Mechlinienſium Archiepiſcopo Belgarum Primate, feſto ſolemniq; cultu voverunt, velut adſpirante cœleſtis Regiæ nutu, divinæ conſortis venerationis. Sub quo itidem belliſſimum hoc Belgium, pietate optimiſque artibus florentiſſimum, bellis plus nimiò exercitum, tandem ab iis liberum eſt: utque pulſis diſſidiorum cauſis quamdiutiſſimè ſit liberum, faxit & indulgeat qui omnia, indulgentiſſimus auctor pacis & conſervator, Deus Sabaoth.

ET NOSTRIS InsIT VoTIs, MARSELARE CorDIs. Matri pulchræ dilectionis ab incunabilis infantili pietate devotus DD. &c. Extat impreſſ. Bruxellis in charta expanſa.

FREDERICUS Muliner, Ordinis Minorum, citatur *pro immunitate Virginis* in ſuo Mariali, atque in ſpeciali Tractatu *de Conceptione Virginis MARIÆ*, ab Antonio Daza, cap. 6. folio 149. Sed de hoc nihil invenio apud Waddingum.

FREDERICUS Tanteius, Doctor Italus, in libro de Inſtructione Chriſtiani, ait: Quòd Beata Virgo MARIA fuit benedicta ſuper omnes mulieres, *quia nulla fuit, nec erit concepta abſque macula peccati*, & cum plenitudine gratiæ, &c. ſicut Virgo Sanctiſſima. Lib. impreſſ. Romæ, anno 1643. in 8. magno.

FREDERICUS à Toledo, Dux de Alva Hiſpanus, Conventum Minoriticum incœptum à Garcia Alvarez de Toledo ejus Anteceſſore, *Immaculatæ Virgini MARIÆ ſacratum*, magnificè perfici curavit. Gonzaga in Provincia S. Jacobi, Marrac. in Princ. Marian.

FREDERICUS Villariaſa, Doctor Hiſpanus & Canonicus Eccleſiæ Valentinæ, ſcripſit Sermonem *de Immaculata Conceptione Dominæ noſtræ Virginis MARIÆ*. Impreſſ. Valentiæ 1622. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

FRIDERICUS Fornerus, Epiſcopus Herbonenſis, in libro: Paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus Dominicæ Paſſionis, &c. myſteria & arcana omnia, & ſingula concionibus explicata, tomo 2. concione 21. de tertio verbo Chriſti: Mulier ecce filius tuus, folio 265. inquit: Sub cruce ſtabas, non jacebas. Quid hoc arcani? Ceciderant Angeli, ceciderat Adam, ceciderat Eva, ceciderat hominum genus univerſum; jacebant omnes, quia lapſi erant: *Tu ſola ſtabas in gratia*, & ita ſolidè ſtabas, ut nullius planè lubricitatis timor in te locum inveniret. Stas igitur ſub cruce Filii tui, ſub qua nos, humana imbecillitate dejecti, jacemus, &c. Stabat juxta crucem MARIA Mater JESU. Omnes cecideramus in Adam: primò, &c. Mulierem iterum appellat antonomaſticè; ut notavit D. Cyrillus, quaſi alludens ad mulierem illam, de qua Salomon: Mulierem fortem, quis inveniet? Sed præcipuè ad illam, de qua in creatione mundi evulgaverat: Inimicitias ponã inter te & mulierem, ſerpenti comminando, quæ non alia futura erat, quàm iſta Dei Mater, &c. Lib. impreſſ. tribus tomis Ingolſtadii 1626. in 4.

Item, ſuper Pſalmum; Miſerere mei Deus, &c. *pro feſto Conceptionis B. Virginis MARIÆ* habet indicem concionatorium; atque in eodem libro, Concione 47. affirmat *Virginem Deiparam fuiſſe conceptam ſine originali labe*. Extat impreſſ. Ingolſtadij 1614. in 4.

Item, ſcripſit ad Monachienſes Patres Jeſuitas, anno 1608. modum converſionis per ſe factam cujuſdam Martini Gutier Comburgenſis, in ipſo *feſto Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Hiſtoriam latè narrat P. Joannes Beurgheſius in libro: Societas JESU, MARIÆ Deiparæ Virgini ſacra, c. 25. fol. 352. Vide verb. Martinus Gutier.

Item, in libro: Palma triumphalis Miraculorum Eccleſiæ Catholicæ, in Dedicatoria vocat Virginem MARIAM intemeratam, ſanctam, *quæ caput ſerpentis contrivit, &c.* Lib. impreſſ. Ingolſtadii, anno 1630. in 4.

Item, in libro: Beneficia miraculoſa tam vetera, quàm recentia Virginis Deiparæ Weyerenſis, in ditione ac territorio Imperialis Eccleſiæ Bambergenſis, inter alias laudes adducit illa Carmina S. Gregorii Nazianzeni in Tragedia:

*O ter Beata Mater, ô lux Virginum,*
*Quæ templa cæli lucidiſſima incolis:*
*Mortalitatis liberata ſordibus*
*Ornata jam immortalitatis es ſtola, &c.*

Lib. impreſſ. Coloniæ 1620. in 4. Scio iſtum non eſſe pro Immaculata Conceptione: ſed adducitur, ut videant qui dicunt liberari ſupponere culpam in Conceptione; an hîc locum habeat, cùm dicitur: liberata à ſordibus.

Item, in Sermonibus triceſimalibus de fœliciſſimo ex hac vita tranſitu, glorioſiſſima in cœlos Aſſumptione & ſuſceptione, regia inauguratione & coronatione, patrocinio, cultu, atque devotione auguſtiſſimæ hominum & Angelorum Reginæ Deiparæ Virginis MARIÆ, totius univerſi Dominę & Imperatricis cœli & terræ, &c. In indice Sermonis 8. aſſignans cauſas, quare Virgo MARIA aſſumpta fuerit corpore & anima, inter alias rationes aſſignat iſtas à plenitudine gratiæ, *ab immunitate à peccato originali ac perfecta liberatione, &c.* Et infra, ſerm. 8. fol. 71. inquit: Quis ignorat corporeæ reſolutionis, atque incinerationis vulnus ob ſolum originale peccatum humano generi eſſe inflictum? Singulari Dei gratiâ *præſervata fuit Beatiſſima Virgo ab originali labe*; quidni à reatu corruptionis?

ruptionis? Caruit culpâ; quidni & pœnâ? &c. Lib. impreſſ. Ingolſtadii 1627. in 4.

Item, in lib. Sermonum de Naturâ, qualitatibus, innumeris beneficiis, & ad prodigium fida ſolertique cuſtodia Sanctorum Angelorum, qui à divina Majeſtate miſeris mortalibus à matris utero ad tutelam ſunt aſſignati, &c. Sermone 5. fol. 54. quærit: An Virgo MARIA & alii ſanctificati in utero, ut Baptiſta & Jeremias, habuerint Angelum Cuſtodem? & reſolvit quòd ſic: ubi affirmat MARIAM fuiſſe puriorem Angelis, dicens: *Quàm Angelis altiſſimè ſuperarit: quia tamen pura, ut Theologi loquuntur*, viatrix erat, &c. Si ex hac parte Fornerius non videtur expreſſus, ſaltem deducitur quòd licèt nominet Virginem inter alios ſanctificatos in utero qui contraxerunt originale; non ſic ſentit de ipſa. Lib. eſt impreſſ. Bambergæ 1627. in 4.

FRIDERICUS Gonzaga, Mantuæ Marchio, ad maiorem *Marianæ Conceptionis* (cujus feſtum tum temporis Sixtus IV. inſtituerat) *venerationem* parvum quidem, at præclarè compoſitum templum Mantuæ iuxta D. Petri ædes conſtruxit, &c. Tanta deinde pictarum tabularum, ac aureorum argenteorumque ſignorum, quæ quiſque voviſſet, copia eo in templo excrevit, ut Sanctæ MARIÆ Votorum nomen ſibi vulgò compararet. Hippolytus Doneſm. in hiſtoria Mantuana, lib. 6. Marrac. in Princ. Marianis, fol. 197.

FRIDERICUS Hungariæ Regis Germanus, poſtea Aquileienſis Epiſcop. ad ann. 884. habuit revelationem, in qua ei dixit Virgo MARIA: Si carnalem ſponſam, cui adhærere vis, amore mei dimiſeris, me ſponſam in cœleſti Regno habebis; & ſi *Conceptionis meæ feſtum annuatim ſexto Idus Decembris ſolemniter celebraveris, & celebrandum prædicaveris*, mecum in Regno Filii mei laureatus eris, &c. Vide Hippol. Marrac. in Antiſt. Marian. fol. 199. & alios Auctores ibi citatos, S. Anſelmum, Ferreolum Locrium & Arnoldum de Wion.

FRIDERICUS Nauſea, Epiſcopus Viennenſis Blanchicampanus, in libro: Explicationis Salutationis Angelicæ, &c. Quòd tribus miſeriis, maledictionibus ſeu væ, Eva fuit obnoxia, à quibus nulla mulier propter originale peccatum exempta eſt, *præterquàm unica Virgo MARIA, quam Deus gratiosè præſervavit ab omni originali peccato*, & ab omni hujus maledictione, quam quælibet alia mulier ferre cogitur, fol. 367. Et ibidem inquit: Nonne plena gratiâ fuit MARIA, quæ tantæ fuit ex utero puritatis, *ut nullam peccati unquam, nec originalis, nec venialis, nec mortalis maculam ſenſerit, aut contraxerit?* folio 380. Hæc omnia extant in libro dicto: Catechiſmus Catholicus. Impreſſ. Coloniæ 1553. in fol. & Antuerpiæ 1557. in 8.

Item, in libro: De fragmentis Homiliarum, in feriis *admirandæ Conceptionis glorioſæ Virginis MARIÆ* Homiliam unam. Impreſſ. Lipſiæ 1538. in fol.

Item, in libro: Poſtilla ſeu Epitome Evangeliorum de tempore ac de Sanctis, in feſtivitate Nativitatis MARIÆ, fol. 600. inquit: Primò tamen convenit eam hodierna die Nativitatis ipſius ideo tantopere per veras ſcripturas à naturali etiam nobilitate commendare, ut oſtendatur non ſolùm mores in iis, qui prædicabiles ſunt, ſed etiam parentes oportere laudari; *ut veluti tranſmiſſa immaculatæ puritatis hæreditas*, in his, quos volumus laudare, præcellat, dicente Scriptura: Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua, &c. Lib. impreſſ. Coloniæ 15[...] in 8. in quibus verbis, licèt à longè, videtur [...]gere etiam myſterium Conceptionis MARIÆ [...] in ſua generatione tranſmiſſa fuit immacu[...] puritatis hæreditas.

Item, in libro dicto: Homiliarium Evang[...] veritatis, &c. centuria 1. Homil. 80. de Sanc[...] folio 293. *in vigilia Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ* extat Homilia de eo, quod Eccleſia can[...] Salve Regina Mater miſericordiæ, vita, dul[...] &c. Et infra, Hom. 81. in feriis *glorioſiſſimæ Deiparæ Virginis MARIÆ Conceptionis*, de eo, quod ſcriptum eſt Canticorum 2. Sicut lilium inter ſpinas. [...] omnia extant à folio 93. Lib. impreſſ. Colon[...] 1558. in fol. & 1540.

Item, in Symbol. Apoſtolorum, ad illud: [...] conceptus eſt de Spiritu Sancto, aliqua addu[...] *puritate Virginis MARIÆ* in generali. Lib. impr[...] cum alio ejuſdem Auctoris de Mirabilibus mun[...]di, anno 1529. in 4.

Item, in libello cujus titulus eſt: In ſeptem [...]rioſiſſimæ Deiparæ Virginis MARIÆ feriis H[...]logus, habet Sermonem *in feriis admirandæ Conceptionis glorioſiſſimæ Virginis Deiparæ MARIÆ*. Eſt [...] primus, & incipit: Magnæ prorſus eſt. Extat [...] preſſ. 1630. in 8.

FRIDERICUS Taubmannus, in ſuis Operib[...] poſthumis à Chriſtiano Taubmanno editis [...]tulo: Schediaſmata verſu & proſa in ſolem[...]bus Natalis Chriſti, folio 10. inquit:

*Salve Infans Deus, omne novum & vetus omne pe[...]*
*Nec nubes, nec nimbus adeſt: Stella illa Jacobi,*
*Iuſtitiæ Sol, ille ſua luce omnia clarat.*

Lib. impreſſ. Wittembergæ 1616. in 8. Hunc [...]timo (ſalvo meliori judicio) loqui de [...]lio ac de Matre, ſub metaphora Solis iuſtitiæ [...] Jacobi Stellæ, in quibus nihil fuit vetuſti [...] omnia nova; cùm in ipſis nulla fuerit nubes pec[...]cati aut imperfectionis: & ſi adhuc non debe[...] admitti ad noſtram Militiam, excludatur. Sci[...] tamen Lectores, quòd in ſuo libro nihil a[...] pro hac materia dicat.

FRUTOS de Leon & Tapia, Poëta Hiſpan[...] in libro: Elogio de las fieſtas de la Ciudad [...] Segovia, que ſe hicieron en la traſlacion d[...] Virgen de la Fuenciſla, &c. folio 62. imagi[...] Virginis MARIÆ, ſive myſterium ſuæ Immacu[...] Conceptionis ſic depingit:

*De tela acul y blanca iva veſtida,*
*Sembradas (como el cielo) mil eſtrellas,*
*Y humillada la Luna eſclarecida*
*Para chapines de ſus plantas bellas;*
*De la antigua ſerpiente iba rompida*
*La cabeza feroz debajo de ellas,*
*Y eſcrita en el papel de una apariencia:*
*De ſu fiera malicia la ſentencia.*

Verba ſcripta erant (ut ibidem notatur ad ma[...]ginem) ſententia illa ſeu textus ſacræ Scriptu[...] Geneſis 2. Ipſa conteret caput tuum. Lib. impr[...] Matriti 1614. in 8.

F. S. Gallus, abſque alio nomine, traduxit Ga[...] librum Conceptuum extractorum ex Scriptura ſancta ſuper explicationem Magnificat, &c. [...] Cæſare Calderario ſcriptum, in quo 3. Lectio [...] facta *die Conceptionis Dominæ noſtræ*, ſuper verb[...] Tota pulchra es amica mea, & macula non e[...] te; ubi de ejus præſervatione à peccato origi[...] agitur. Impreſſ. Pariſiis 1660. in 8.

FU[...]

**FUAS** Rouphinho, nobilis Luſitanus, fecit donationem cujuſdam territorii pro fabrica Eccleſiæ Dominæ noſtræ de Nazareth in eodem Regno Portugalliæ ſcitu digniſſimam, quam ad litteram hìc tranſcribere decrevi ob varias cauſas; ſed præcipuè, quia expedita fuit *in die Conceptionis Virginis* MARIÆ, id eſt, 8. Decembris, ut ex ipſa data conſtat. Donationis verò inſtrumentum ſeu teſtamentum hoc eſt: Sub nomine Patris, necnon & ejus Prolis in unius potentia Deitatis, incipit charta donationis, quam ego Fuas Rouphinho tenens porto de Mos, & terram de Albardos uſque Leirenam & turres veteres, facio Eccleſiæ S. MARIÆ de Nazareth, quæ de pauco tempore ſurgit fundata ſuper mare, ubi de ſæculis antiquis jacebat inter lapides & ſpinas multas de tota illa terra, quæ jacet inter flumina, quæ venit per Alcobazam (aquam nuncupatam de Furatoico) & dividitur de iſto modo; de illa foz, de flumine Alcobazæ, quomodò vadit per aquas bellas. Deinde inter mare, & mata de Patajas uſque finitur in ipſo Furatoico; quam ego obtinui de Rege Alphonſo, & per ſuum conceſſum facio præſentem ſeriem ad prædictam Eccleſiam B. MARIÆ Virginis, quam feci ſupra mare, ut in ſæculis perpetuis memorentur mirabilia Dei, & ſit notum omnibus hominibus, quomodò à morte fuerim ſalvatus per pietatem Dei, & Beatæ MARIÆ, quam vocant de Nazareth. Tali ſucceſſu, cùm manerem in caſtello de porto de Mos, veniebam ad occidendos venatos per Melvam, & matam de Patajas uſque ad mare, ſupra quo inveni furnum, & parvam domunculam inter arbuſta & vepres, in qua erat una imago Virginis MARIÆ; & veneravimus illam & abivimus. Inde veni, deinde veni, deinde XVIII. Kalendas Octobris circa dictum locum cum magnæ obſcuritate nebulæ ſparſa ſuper totam terram, & invenimus venatum (trans quem fui in meo equo) uſque venirem ad Esborrandeiro ſupra mare, quod cadit abaixo ſine menſura hominis, & pavet viſus, ſi cernit furnum cadentem ad aquas; pavi heu miſer peccator, & veni ad remembranzam de imagine ibi poſita, & magna voce, Sancta MARIA val. Benedicta ſit illa in mulieribus, quia meum equum, ſicut ſi eſſet lapis, fecit ſtare pedibus fixis in lapide, & erat jam vaſatus extra terram in punta de ſaxo ſuper mare. Deſcendi de equo & veni ad locum ubi erat imago, & ploravi & gratias feci, & venerunt Monteiros, & viderunt & laudaverunt Deum & Beatam MARIAM. Miſſi homines per Leirenam, & porto de Mos & per loca vicina, ut venirent Alvineres & facerent Eccleſiam bono opere opertam de fornice & lapide. Etiam, laudetur Deus, finita eſt: nos verò non ſejabamus unde eſſet & unde veniſſet iſta imago: ſed ecce cùm diſtribuatur Altare per Alvineres, inventa eſt alcula de ebore antiquo, & in illa uno envoltorio in quo erant oſſa aliquorum Sanctorum, & chartula cum hac inſcriptione: Hic ſunt Reliquiæ Sanctorum Blaſii & Bartholomæi Apoſtoli, quas detulit à Monaſterio Cauliniano Romanus Monachus ſimul cum venerabili Virginis imagine MARIÆ de Nazareth, quæ olim in Nazareth civitate Galilææ multis miraculis claruerat. Exinde aſportata per Græcum Monachum nomine Cyriacum Gothorum Regum tempore; in prædicto Monaſterio per multùm temporis manſerat, quouſque Hiſpania à Mauris debellata, & Rex Rodericus ſuperatus in prælio ſolus lachrymabilis abjectus, & pœnè deficiens pervenit ad præfatum Monaſterium Caulinianum. Ubique (à prædicto Romano Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramentis ſuſceptis) pariter cum illo cum imagine & Reliquiis ad Jamen montem pervenerunt 10. Kalendas Decembris, in quo Rex ſolus per annum integrum permanſit in Eccleſia ibi inventa, cum Chriſti crucifixi imagine, ignoto ſepulchro: Romanus verò cum hac ſacra Virginis effigie inter duo iſta ſaxa uſque ad extremum vitæ permanſit. Et ne futuris temporibus aliquem ignorantia teneat; hæc cum Reliquiis ſacris in hac extrema orbis parte recondimus. Deus iſta omnia à Maurorum manibus ſervet. Amen. De aliis lectis, & à Presbyteris apertis ſatis multùm ſumus gaviſi, quia nomen de ſanctis Reliquiis, & de Virgine ſcribimus, ut memorarentur per ſemper in iſta ſerie teſtamenti inſcribere fecimus. Do igitur prædictam hæreditatem pro reparatione præfatæ Eccleſiæ cum paſcuis & aquis de monte in fonte ingreſſibus & regreſſibus (quantùm ad præſtitum hominis eſt) & illam in meliorato foro aliquis poteſt habere per ſe. Nec igitur aliquis homo de noſtris vel de extraneis, hoc factum noſtrum ad irrumpendum veniat: quòd ſi intentaverit, perche ad Dominum terræ trecentos marabitinos, & charta nihilominus in ſuo robore permaneat: & inſuper ſedeat excommunicatus, & cum Juda proditore pœnas luat damnatorum. Facta ſeries teſtamenti VI. Idus Decembris Era M. CC. XX. Alphonſus Portugalliæ Rex confirmat, Regina Doña Thereſia confirmat, &c. Sunt aliæ confirmationes; ut videre eſt in libro edito ab Emmanuele de Brito, Ulyſſiponæ 1637. in 4.

**FULBERTUS** Carnotenſis Epiſcopus, Doctor antiquus, ac Sanctus, in ſuis Operibus in lucem editis & annotatis à Carolo de Villers, in Sermone de Ortu almæ Virginis MARIÆ inviolatæ, ex manuſcripto Bibliothecæ Pariſienſis Sancti Victoris, folio 140. inquit: Fœlix talis *partus & ortus*, de cujus ſubſtantia aſſumpta eſt talis Virgo, quæ tolleret veternas parentum offenſas, & relevaret concuſſũ orbem, qui ſub ſævo duri erat hoſtis dominio. Hujus itaque partus (ut cenſemus) ad nihil extitit, niſi ut fieret ejus ſancta pudicitia domus & ſuſceptio filij Altiſſimi. Ad quid enim aliud? Ergone hujus caſtitas *aut ante partum*, vel poſt dignum pignus genitum *fœdata eſt aliquo contagio*? Hanc enim nulla gravitas, aut effœta ſucceſſio filiorum fregit, ut ſolet eis contingere, quæ humanam ſobolem maternis egerant viſceribus; *fœlix enim culpa*, ſed ſancta conjugalis ſocietas, quæ tale ac tantum ſpecialeque, vel ſingulare decus perfudit in orbem de conceſſo nuptiali contubernio. Denique *in hujus Conceptione* neceſſaria, haud dubium eſt, quin utrũque parentem vivificus & ardens ſpiritus ſingulari munere repleverit; quòdque ab eis Sanctorum Angelorum cuſtodia ſeu viſitatio nunquam abfuerit, &c. In hac Fulberti auctoritate multa ſunt notanda, quæ pro Immaculata Conceptione militare videntur, & primò illud: Partus & ortus; nã partus reſpicit Nativitatem; ortus verò Conceptionem ſeu generationem parentum. Et ſi in utroque fuit fœlicitas: ergo in utroq; gratia. Secundò, quas veternas vel veteres parentum offenſas abſtulit Virgo ſuo ortu atque partu? an Joachimi & Annæ? Abſit; ſed Adami & Evæ. Et ſi de iſtis lo-

quitur (ut neceſſariò fatendum eſt) quomodò illas abſtulit? Non in nobis, neque in Adamo & Eva: ergo in ſe, non experiendo ſævum antiqui hoſtis dominium. Tertiò, notandum eſt illud: relevare, quod æquivocum eſt; ſignificat enim vel levem facere, hoc eſt exonerare; aut planare ſeu planum facere: quia in ortu Virginis prima parentum offenſa in MARIA relevata & exonerata eſt, ſeu in ortu MARIÆ via illa communis naturæ humanæ (à qua præcipitatio inchoabat) ut Deipara tranſiret, plana facta eſt. Quartò, quòd ad nihil aliud generata & nata fuit ſanctiſſima Virgo, niſi ſolùm ut eſſet Dei Mater; & ſi ſolùm creata ad hoc (ut ait Fulbertus) nullum in eâ peccatum potuit habere ingreſſum, utpote creatam cum ordine & reſpectu ad ſolum Deum, non ad humanitatem; quaſi nihil aliud eſſet in Virgine, niſi Maternitas Dei ſeparata, ſeu in abſtracto præcidente maternitatem divinam ab illo concreto humano; & tunc interrogo: An illa Maternitas divina compatiatur originale peccatum? Hoc ergo dicit acutiſſimè Fulbertus: Ad nihil aliud creata fuit MARIA, ſeu genita, niſi ut eſſet Mater Dei; & ſi Maternitas non compatitur originale; nec MARIA. Vel dico ſic: Si gratia habitualis eſſet ſubſtantia, velut eſt accidens, & eſſet genita ſicut eſt creata (data hac hypotheſi per poſſibile vel impoſſibile) in iſtam gratiæ generationem, poſſetne habere ingreſſum originale peccatum? Nullo modo. Igitur, ſi Maternitas in Virgine tranſcendit ultimas MARIÆ differentias, prædicata & quidditates, & (ut uno verbo dicam) totum quod eſt MARIA, vel eſt formaliter Maternitas, vel dicit ordinem formalem & intrinſecum ad Maternitatem divinam, quia ad nihil aliud extitit producta in rerum natura ejus humanitas, anima, & caro, potentiæ, & ſenſus, &c. igitur, ſi non compatitur peccatum originale gratia habitualis, neque Maternitas MARIÆ; quia hæc excedit illam in ratione gratiæ. Quintò, quia ſi illa clauſula Fulberti: ante partum, intelligitur de partu paſſivo MARIÆ, id eſt, ante partum Annæ, nec poſt partum fuit aliquo fœdatum contagio pignus, id eſt, filia ſua MARIA: ergo non originali: ante partum enim nullo alio poterat fœdari pignus Annæ, id eſt, ejus filia MARIA. Sextò, nota illud: Fœlix enim culpa. Culpa originalis fœlix dicitur reſpectu filij, id eſt, Salvatoris; quia tantum ac talem meruit habere Redemptorem. Sed reſpectu Matris, quare vocata fuit fœlix culpa originalis? An quia in ipſa concepta MARIA? Minimè; quia culpa originalis non fuit vocata fœlix, quando ex Adamo & Eva triumphans pro tot annorum ſeculis omnium viventium colla calcavit; ſed tunc fœlix culpa Adamæa fuit, quando talem ac tantam Chriſtiferam vel Deiferam meruit habere dominatricem. Septimò: ſi in generatione vel Conceptione Virginis vivificus & ardens ſpiritus Domini interfuit, & pariter Angelorum cuſtodia; quomodò potuit maculari peccato? Et ſi ſingulari munere repleta; quomodò coinquinata? Ex hoc etiam patet, quòd in utroque parente Joachimo & Anna fuit extincta concupiſcentia; nam ſpiritus vivificans & ardens vivificavit oſſa orida, & ſteriles artus ad generationem, & ut ardens combuſſit & conſumpſit libidinis ac concupiſcentiæ ſtipulam.

Item, infra inquit idem Fulbertus: Verè beata & omni veneratione habenda, & quodam privilegio ſacro prædicanda Mater hujus ſanctæ; quæ omnium anteceſſit matres in concipiendo & generando eam, quæ ſuum & omnium generaret Creatorem. Gaude & lætare, ô fœlix, quoniam tali dote dotata es, quâ nulla ante te, vel poſtea meruit antecelli. Quanta putamus proviſio fuerit Sanctorum Angelorum circa tam Deo gratiſſimos parentes ab initio ſuæ procreationis, & excubatio ſuper tam inſignem ſobolem? Numquid abfuiſſe credendus eſt Spiritus Sanctus ab iſta eximia puella, quam ſua obumbrare diſponebat virtute? Nulli enim fidelium dubium eſt, quòd circa eam omnis frequentia cœleſtium agminum invigilabat, utpote quam ſupra ſe exaltatam minimè ambiebant, &c. Pauluper exſpecta, ô Lector, dum prædicta breviſſimè enodamus. Si Anna non genuit, ſeu non concepit MARIAM abſque peccato originali; quomodò anteceſſit omnes matres in concipiendo & generando eam? Non quia ſenex, non quia ſterilis; quia & aliæ ſic genuerunt, ſicut Sara, & Eliſabeth &c. Nec quia ejus filia in utero poſt contractionem peccati originalis fuit ſanctificata; nam & hoc modo fuerunt Joannes & Hieremias geniti ac concepti. Deinde, quid eſt antecedere alias matres in concipiendo & generando? Eſtne aliud concipere, quàm generare? Diverſiſſima equidem ſunt; nam generatio reſpicit parentes, conceptio prolem. Generant patres actu; ſed concipiuntur proles poſt quadraginta, vel octoginta dies à generatione. Anteceſſit igitur Anna matres in generatione; quia abſque concupiſcentia genuit; & anteceſſit in conceptione; quia prolem abſque culpa concepit, & in utroque habuit privilegium ſacrum; privilegium enim eſt lex privata & ſingularis, quæ ad unum pertinet ſupra legem communem & univerſalem, quæ omnes tangit. Igitur ô Anna quodam privilegio ſacro eſt prædicanda in ſua generatione & conceptione activa; prædicemus cum Fulberto, quòd hoc Annæ privilegium fuit concipere & generare MARIAM abſque originali concupiſcentia, & culpa. Deinde ſi Parentes Deiparæ fuerunt Angelorum cuſtodia ſpeciali, atque aſſiſtentia Spiritus Sancti præmuniti ab initio ſuæ procreationis: dic mihi, à quo puncto, vel à quo inſtanti incipit procreatio? Parentum, vel Filiæ? Si ab illo dic, & verum dices, quòd Joachim & Annæ filia fuit cuſtodiâ præventa & præſervata. Excubabant Angeli ad Parentum generationem, excubabat Spiritus Sanctus ad ſobolis conceptionem. Quomodò igitur inter tot tantaſque excubias & vigilias Angelicas & Divinas ſerpens haberet ingreſſum? Item, agit Fulbertus de generatione & conceptione prolis Marianæ, & tunc vocat ſobolem eximiam puellam: non enim dicenda eſſet eximia, ſi peccato fuiſſet comprehenſa, & in infimum culpæ rueret. Eximia enim eſt & dicitur illa, quæ eſt extra vim appoſita, id eſt, non depreſſa in infima, vel in ima.

Item, Fulbertus proſequitur ſic: Verè etenim beata illa ſæcula, *quæ ex ſacro utero te meruerunt ſuſcipere ſuo in tempore.* Sanè, ſi qui ſolicita mente, & ſtudioſa inveſtigatione perquirant, cur Sanctorum præcedentium memoriæ hujus præfatæ Virginis temporanea initia ſuis fidelibus ſequacibus enucleatim non exornaverunt, ut ad omnium notitiam vulgarent; noverint, non ignaros eos extitiſſe hæreſeos, quæ pro inſigni & admirando hujus

ſacra

*ſacræ puellæ* præconio exorta erat, & ob id, *ſi quid ex ejus ortu* protulerunt, ſagaci induſtria celandum æmulis & infidelibus decreverunt, &c. Hæc eſt ratio quare antiqui Sancti (vel, ut meliùs dicam, Spiritus Sanctus in ipſis ſpirans) parum, vel nihil locuti fuerint de Virginis ortu, ſeu Nativitate in utero & ex utero. Sed ut aliquid altiùs ſcrutemur, nota illa Fulberti verba: Beata illa ſæcula, quę ex ſacro utero te meruerunt excipere ſuo in tempore. Sæculum eſt ſpatium centum annorum, nec hoc indiget probatione. Quomodò ergo ſæcula ex ſacro utero Annæ expectabant ſuſcipere ſuo in tempore Beatam Virginem MARIAM? Si erat Virgo in utero Annæ; quomodò ſæcula deſiderabant excipere illam ſuo in tempore? Ex quo erat in utero; quomodò poterant tranſire ſæcula, vel illam expectare & recipere? Si diceret: Expectabant menſes, expectabāt hebdomadæ, dies, horę & inſtantia, ut MARIAM reciperent ex ſacro utero ſuo in tempore, tranſeat: nam erat conſentaneum rationi: ſed expectabant ſæcula, quo potuit dici fundamento? Sed attende, quia ibi magnum latet myſterium: pro ortu, id eſt, tota exiſtentia Virginis in utero, à primo ſcilicet puncto ſuæ Conceptionis, uſque ad ultimum ſuæ Nativitatis, certabant & expectabant ſæcula recipere ſuo in tempore myſteria, quæ in ſacrato utero Annæ Dei omnipotentia erat operatura; quia videbant ſagaci induſtria illa celaſſe Spiritum Sanctum propter infideles Hæreticos & incredulos; ſed quando venit plenitudo temporis, & placuit Altiſſimo, atque jam jam erat firma & ſtabilita Fides, incipiendo à minoribus & facilioribus revelavit Deus, quod minus & facilius erat, credibiliuſque; id eſt, ſanctitatem Marianæ Nativitatis, hoc eſt, ejus ortum ab utero poſt ſex ſęcula, id eſt, ad annum 600. En verba expreſſa Georgij Colvenerij, tomo 2. Kalendarij, folio 194. numero 7. Si nobis poſt tantos viros aliquid liceat adijcere, invenio feſtū hoc, ideſt, Nativitatem Virginis paulò ante annum Domini 600. ſolemniter coli cœpiſſe, ſi non in omnibus, ſaltem in aliquibus orbis Chriſtiani partibus, ut Romæ & in Hiſpania. Hæc Colvenerius. Sed addo ego (ſi mihi poſt tantum virum aliquid adijcere licet) feſtum Conceptionis, ſive Nativitatis in utero coli cœpiſſe poſt alia ſex ſæcula, id eſt, paulò ante annum 1200. ſi non in omnibus, ſaltem in aliquibus Chriſtiani orbis partibus, ut Angliæ & Galliæ, cujus teſtes ſunt Anſelmus & Bernardus. En quomodò certabant ſæcula, deſiderabant, & receperunt ſuo in tempore myſteria ortûs Virginei ex utero & in utero, Nativitatis & Conceptionis, & ad omnium notitiam ſunt evulgata.

Infra, proſequitur Fulbertus ſic: Nobis autem & omnibus Eccleſiæ filijs, ſatis ſuperque ſit fides, & devota credulitas quâ verè eam confitemur *Virginem, & in ortu & in omni ſua operatione.* Hujus namque Pater & Mater carnales fuiſſe feruntur Joachim & Anna, quæ bene ſibi de nominis interpretatione competunt: Joachim quidem præparatio Domini dicitur; Anna verò gratia Dei interpretatur. In horum duorum nominum interpretatione, quid innuitur, niſi gratia quam ſimul adepti ſunt? Ubi namque poterit eſſe gratia, niſi ubi famulatur præparatio conſcientiæ? & ubi locum habebit præparatio operationis, niſi ubi ante præceſſerit Dei largita gratia? Sic ergo in unum duæ compactæ gratiæ, diſponente Dei nutu, *proferunt ex ſe gratiam non parvam*, profuturam valde cunctis hominibus, &c. Interrogo, quid eſt MARIAM profiteri Virginem in ortu? An aliqua poteſt eſſe mulier, quæ in ortu ſuo non ſit Virgo? Quare ergo quod commune eſt ita laudatur & commendatur in MARIA? Ratio, meo judicio eſt, quia non loquitur de virginitate corporis, ſed animæ. Laudatur MARIA, quia in ortu ſuo fuit Virgo; id eſt, non maculata: habet enim anima ſuam virginitatem, & integritatem perfectiorem, quàm eſt illa corporis; hanc cuſtodivit MARIA ab ortu, à Conceptione, quod rarum, quodque laudabile, atque ſingulare fuit. Deinde, nota illud: duæ illæ gratiæ ſimul proferunt unam gratiam. Si parentes fuerunt gratiæ, & filia genita gratia, à quo venit peccatum originale? Dices, ab Adam: quia in funiculis Adam tracta; quia culpa eſt funiculus hæreditatis noſtræ. Sed funiculus iſte triplex certè difficilè rumpitur. Si gratia Pater, gratia Mater, gratia Filia; vide quanta gratia fuit præparata ad Conceptionem MARIÆ. Item, infra inquit: Congratulentur etiam pueri & infantes *in hujus maximæ puellæ initio*, ſua Chriſto & MARIÆ dicantes creſcentia membra, &c. Nota, quòd non dicit in Nativitate Virginis debere pueros lætari, ſed in initio; id eſt, in principio vel exordio: hoc autem fuit in Conceptione. Tandem concludit Fulbertus ſic: Ille enim, id eſt, Deus maledictionis notam primæ virginis, in benedictionem ſecundæ tranſmutavit Virginis, qui ante veram formam præſciverat ex eodem ſexu ſuum in fine temporum procreandum fore Filium, qui univerſis omne afferret gaudium. Verè beata collaudanda Dei beneficia, quæ per illum ſexum decreverat provenire noſtra in tempora, à quo primo terrigenæ propinatum eſt antiquæ ſuaſionis medicamentum. O Eva tunc infœlix! non ſolùm pro inobedientiæ piaculo; verùm etiam pro maledictionis titulo: nunc verò fœlix pro immutationis largifluo dono. Lætare tu, Mater omnium, non ſolùm, quia evaſiſti proſcriptionis excidium: ſed etiam, quia de tua conſimili prole profudiſti eum in ſæculum, qui te tuamque progeniem mortis de compede miſericorditer eruit. *Inſulta denique ei modo, qui te dudum ſuo beneficio ſuaſu infecerat*, quia habes tuum plaſtem, ſive parentem propitium, qui ſuo triumpho nobili procacem exturbavit tui hoſtis dominatum. *Exi nunc, ò fallax & inventor antiqui criminis*, à ſecundo noxio ſexu, quia ipſe, qui ſine carnali opere ab eodem pullulavit ordine, ſuam hodie Genitricem iſtā fecit prodire in lucem. Terreat te procul ſecundæ Virginis de cœlo collapſa benedictio, qui lætatus es in primæ virginis opprobrio. *Namque, qui gaudebas in articulo conditionis humanę*, primos à ſuo fœlici incolatu exturbaſſe colonos, nunc à ſecundo homine Filio Virginis æterna exulatione nexus es, &c. Lib. impreſſ. Pariſijs 1608. In ſignatis verbis non obſcurè conſpicitur, loqui Fulbertum de peccato originali.

Item, in Sermone ſeu explicatione Symboli Concilij Epheſini, folio 170. inquit: Primus Adam ſuaſu ſerpentis mortem incurrit, & eiectus eſt de Paradiſo deliciarum Dei, in labore & ſudore edidit panem; terra autem de qua factus eſt, virgo erat. *Oportuit ergo ſecundum Adam de Virgine naſci, qui ſerpentem tentantem ſe vinceret, & hominem de captivitate ejus, quem primum vicerat, liberaret, &c.* Ad quid opus erat, vel unde oportebat, quòd ut Chriſtus vinceret originale peccatum, ex Virgine naſceretur?

ceretur? An vicit Chriſtus, quia ex Virgine natus; vel quia Verbum Patris æternaliter genitum, Deus verus de Deo vero eſt? Quare ergo? vel quomodò dicit Fulbertus: Oportuit ſecundum Adam de Virgine naſci, ut ſerpentem vinceret? Quando hæc victoria non ab utero Virginali, ſed ab æterna generatione, & potentia infinita Dei vim & effectum ſuum ſortita fuit? Sed oportebat, quia opportunum erat, ut Chriſtus vinceret ſerpentem, ſicut ſerpens vicerat Adam in Paradiſo. Vicit ſerpens Adamum per Evam; oportebat ergo, imò quaſi neceſſe erat, ut Chriſtus vinceret per Mariam. Prima ergo victrix, ſeu initium victoriæ originalis maculæ fuit à Maria, quia ab hac cœlorum Regina, Nativitatem ſuam & originarium ortum originalis habuit victoria. Voluit ergo Fulbertus demóſtrare, quòd hæc victoria licèt à potenti brachio Dei patrata, tamen fuit nata, ac ſi diceret Hiſpanicè: Quiſo Dios que eſta victoria del pecado original ſalieſſe de Madre, para que vinieſſe nacida, &c. Et ſi à Matre Maria ortum habuit maculæ ruina, quomodò in Matre Maria potuit eſſe macula?

FULGENTIUS Petrellus à Sigilio, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Italus: Quòd de Conceptione B. Virginis Mariæ non licet modò prædicare, niſi ad præſcriptum Pauli V. & Gregorij XV. Pontificum, fuiſſe ſcilicet *abſque omni peccato conceptam*, quæſt. 12. fol. 870. ubi latè agit de hac materia. Et quòd de Virginis Mariæ Conceptione vetitum eſt ultimis temporibus à Romanæ Sedis Summis Pontificibus, ne diſputetur publicè vel privatim, nec prædicetur utraque pars; ſed tantummodò pars una, illa videlicet, quæ *immunem aſſerit ab originali labe MARIAM in ſua Conceptione*, &c. quæſt. 23. §. 7. columma 887. in libro de Interceſſione Beatæ Deiparæ Mariæ Virginis, quâ ſalvari graviſſimos peccatores eidem devotos probatur, tomo 1. Impreſſ. Romæ 1647. in folio.

FULGENTIUS Ruſpenſis Epiſcopus, ac Sanctus, natione Afer, in Sermone de duplici Chriſti Nativitate, contraponendo effectus bonos, quos gratia Dei in Virgine operatur, ex malis ac miſerijs, quas diabolus in prima muliere Eva cauſavit, ſic ait: In primi hominis conjuge nequitia diaboli ſeductam depravavit; in ſecundi hominis Matre *gratia Dei mentem integram ſervavit* & carnem, &c. Ergò eodem modo de utraque integritate locutus eſt; ſed integritas carnis conſiſtit in hoc, quòd nunquam fuerit violata; fuiſſet autem violata & deperdita talis mentis integritas, ſi habuiſſet peccatum originale.

Item, in Sermone de laudibus Mariæ ex partu Salvatoris, ſic ait: Crevit in ejus partu integritas corporis potiùs, quàm decrevit, & virginitas ampliata eſt potiùs, quàm fugata. Plena ſunt viſcera, *& nullum novit contagium Virginis conſcientia*, &c. Si nullum; igitur neque peccati originalis. Et infra ſic ait: Sic enim legitur eam ſalutaſſe: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Cùm dixit: Ave, ſalutationem illi cœleſtem exhibuit. Cùm dixit: Gratiâ plena, oſtendit *ex integro iram excluſam* primæ ſententiæ, *& plenam benedictionis gratiam reſtitutam, &c.* Prima ſententia fuit transfuſio primi peccati, ſcilicet originalis; ſed hæc ſententia, ſeu ira, quâ eramus omnes naturâ filij iræ, ex integro fuit excluſa in Maria; igitur non habuit peccatum originale. Item, lib. 3. ad Raſimundum Regem, ſic inquit: Reſtabat tamen ad plenum noſtrę redemptionis effectum, ut illuc uſque homo ſine peccato à Deo ſuſceptus deſcenderet, quouſque homo ſeparatus à Deo peccati merito cecidiſſet; id eſt, ad infernum, ubi ſolebat peccatoris anima torqueri, & ad ſepulchrum, ubi ſolebat peccatoris caro corrumpi, ſic tamen, ut nec Chriſti caro in ſepulchro corrumperetur, nec inferni doloribus anima torqueretur, *quia anima immunis à peccato, non erat ſubdenda ſupplicio; & carnem ſine peccato non debuit vitiare corruptio.* Nam quia peccans homo meruit in ſeipſum per ſupplicium dividi, &c. Si igitur caro Chriſti ideò non fuit corrupta, quia in ea peccatum non fuit, bene etiam deducitur à poſteriori, quòd ſi caro Virginis deducta ad ſepulchrum non fuit corrupta, quòd non habuit peccatum. Corruptio enim non ex peccato actuali, ſed originali ortum habuit, quod latè probari poteſt ex multis Scripturæ locis. Lib. impreſſ. Lugduni 1633. cum alijs, dicta Bibliotheca veterum Patrum, & Antuerpiæ 1574. Et in libro dicto: Hæreſeologia; hoc eſt, Opus veterum tàm Græcorum, quàm Latinorum Theologorum, &c. Impreſſ. Baſileæ 1556. in folio.

## G.

GABRIEL Alvarez Oropeſanus, Societatis Jesu Hiſpanus, in Iſajam Prophetam, tomo 2. ad caput 45. verſiculo 8. Rorate cœli deſuper, num. 4. columna 456. *Quòd Beatiſſima Virgo MARIA fuit concepta abſque culpa originali.* Impreſſ. Lugduni, anno 1623. folio.

GABRIEL Archangelus, miſſus à Deo in Civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem Mariam; ingreſſus ad eam dixit illi: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, &c. Quæ verba, ſecundùm interpretationes Eccleſiæ Doctorum, *immunitatem à peccato originali* non ſolùm indicant, ſed quaſi expreſſè adſtruunt. Vide Auctores ſuper Lucam.

Item, idem (ut plures teſtantur Doctores) revelavit SS. Joachimo & Annæ ſterilibus *Conceptionem* ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, in monte atque ad portam Auream.

Item, dici poteſt hunc fuiſſe Angelum, qui apparuit Helſino Abbati in naufragio conſtituto, & præcepit ei, ut diem celebraret *Conceptionis* 8. die Decembris.

Item, idem revelavit B. Amadæo myſterium ad modum mirabilem, quomodò ſcilicet *Virgo MARIA fuit concepta in utero Sanctæ Annæ, ac in primo inſtanti ſuæ animationis libera ac præſervata à peccato originali.* De quo videndus eſt prædictus Amadæus, raptu 4. & 8.

Item, cuidam Doctori Pariſienſi modo mirabili, ſcilicet dicendo illi: Aperi os tuum & implebo illud, infudit, deſiderium magnum propugnandi ac defendendi *myſterium Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*, cùm tamen antea contrariam tenuiſſet ſententiam. Ita Franciſcus Mayron, Sermone de Conceptione, Chriſtophorus de Vega, Paleſt. 3. certam. 16. ad finem, fol. 121.

GABRIEL Baccinius Italus, in libro dicto: Miſſarium Sacerdotum ex Patribus, fol. 283. & fol. 625. vocat Virginem Mariam *ſemper purissimam, &c.* Lib. impreſſ. Trinini, anno 1622. in 12. regali.